MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80391-1

AUTHOR:

SKRZECZKA, RUDOLF FERDINAND LEOPARD

TITLE:

OBSERVATIONES IN APOLLONII DYSCOLI ...

PLACE:

KONIGSBERG

DATE:

1847

Master Negative #
91-80391-1

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Skrzeczka, Rudolf Ferdinand Leopard, 1808-1874.
Observationes in Apollonii Dyscoli librum De pronomine ... Königsberg, Dalkowski, 1847.
24 p. 25 cm.

Academic programm. Kneiphöfisches Stadt-Gymnasium.

Volume of pamphlets.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm
REDUCTION RATIO: 13½
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 12-30-91
INITIALS: M.B.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Zur öffentlichen Prüfung

im

Kneiphöfischen Stadt-Gymnasium

am 29. und 30. März 1847

so wie zur Entlassung der Abiturienten

ladet

die hohen Vorgesetzten der Anstalt und die geehrten Eltern der Schüler

ergebenst ein

der Direktor

Dr. Rud. Ferd. Leop. Skrzeczka.

Inhalt:

1. *Observationes in Apollonii Dyscoli librum de pronomine.*
2. Schulnachrichten. — Beides vom Direktor.

Königsberg, 1847.
Gedruckt bei E. J. Dalkowski.

Uebersicht der Prüfung.

Montag, den 29. März, Vormittags 8 Uhr.

Sexta.
1. Religion. Knobbe.
2. Rechnen. Weyl.
3. Latein. Cholevius.

Quinta.
1. Rechnen. Knobbe.
2. Geographie. Witt.
3. Latein. Weyl.

Quarta.
1. Mathematik. Knobbe.
2. Griechisch. Weyl.
3. Latein. Schwidop.

Montag, Nachmittags 2½ Uhr.

Tertia.
1. Latein. Lentz.
2. Geschichte. Witt.
3. Griechisch. Wichert.

Secunda.
1. Latein. Lentz.
2. Mathematik. Koenig.
3. Griechisch. Schwidop.

Dienstag, Nachmittags 2½ Uhr.

Prima.
1. Griechisch. Der Direktor.
2. Deutsch. Cholevius.
3. Latein. Wichert.

Entlassung der Abiturienten durch den Direktor.
Lateinische Rede des Abiturienten Wilh. Schimmelpfennig.
Deutsche Rede des Primaners Th. Hartog.

Gesang: 1. Quartett von Haydn: Du bist's, dem Ruhm und Ehre gebühret.
2. Chor von Lobe: Es prangt der Ort mit Kränzen.
3. Choral.

Das neue Schuljahr beginnt Montag den 12. April Morgens 7 Uhr. Zur Aufnahme neu eintretender Schüler ist der Direktor ausser an den Festtagen in den Vormittagsstunden der Ferientage bereit.

Observationes in Apollonii Dyscoli librum de pronomine.

Apollonii Dyscoli librum de pronomine, quamquam editorem nactus est Immanuelem Bekkerum, virum non minus animi sagacitate quam doctrinae copia insignem, tamen multis etiamnunc laborare vitiis, nemo mirabitur, qui librum illum uno codice eoque, ut Fr. Wolfius ait, insigni scripturae difficultate famoso contineri audivit neque ignorat, quot et quantae difficultates omnino superandae sint, priusquam te pleraque, quae antiqui grammatici loquuntur, intellexisse persuasum habeas, nedum in interiorem eorum familiaritatem insinuaveris. Et Apollonius propter orationis difficultatem imprimis male audit, immerito quidem, si Lehrsio fidem habes (quaestt. epp. p. 327.), qui si libri eius paullo magis fuerint expurgati totaque grammaticorum disciplina diligentius exposita, non magis eum inpeditum dicit visum iri quam reliquos grammaticos. Id vero nondum factum est: et multa possem de tenebris queri, quibus mihi quidem et verba et sententiae Apollonii obvoluta videbantur, nisi, quum ipse de eo scribere constituissem, arrogantiae crimen extimescerem. Itaque potius de consilio meo exponam et lectorum iudicio permittam, num, quae mihi vel non satis expedita vel mendosa videbantur, ea ipsi et facilia existiment et emendata. Hanc autem in scribendo secutus sum rationem. Quum de singulis locis disciplinae Apollonii disputare nimis esset longum, satis in praesens habui, librum de pronomine strictim percensere et quae singulis in paginis dubitationem moverent indicare, non ut alios docerem, sed ut studia hominum doctiorum excitarem, a quibus Apollonii libros immerito negligi aegre ferebam.

1) Initium faciamus a re levi quidem, sed ea non prorsus negligenda. In Apollonii enim libris saepe non facile dixeris, quomodo singulae sententiae inter se connexae sint; diligenter igitur videndum, qua ratione nonnullis coniunctionibus usus sit. Et frequentissimae quidem sunt lites inter particulas *γάρ* et *δέ* et quum

testibus uti nequeas plerumque tales, ut utri locum addicas nescias. Sic in prima statim pagina C, 6. legitur: ἀντίκειται τὸ μὴ ἴδιον εἶναι τοῦτο τῶν ἀντωνυμιῶν· ἰδοὺ γὰρ καὶ τῶν ῥημάτων. μᾶλλον γὰρ αὐτῶν ὁ ὅρος· καὶ γὰρ κατὰ πᾶν πρόσωπον κτἑ. Bekk. scribendum esse dicit μᾶλλον δὲ vel καὶ μᾶλλόν γε. Quod non crediderim, quamquam oratio ita aptius procederet nec crebrius repetita vocula aures legentium offenderet. Sed elegantiam orationis non affectavit Apollonius (cf. p. 36, C. 92, B.): coniunctio vero causalis saepe ad sententiam durius omissam referenda est. Itaque verba illa ita interpretor: non proprium id est pronominum: est enim etiam verborum: idque iure diximus, μᾶλλον γὰρ κτἑ.

Eadem difficultate premuntur alii loci, quos Bekk. non sollicitavit. p. 36, C, 2. refellit Apollonius eos, qui τηλικοῦτος et τοιοῦτος cum pronomine οὗτος composita esse dicebant: non possunt, inquit, esse composita, quia idem significant quod simplicia. Tum pergit: δεύτερον οὐχ ὑγιὲς τὸ λέγειν ὡς τὸ τηλίκος καὶ τὸ οὗτος ἔγκειται. τί γὰρ οὐ μᾶλλον (haec quoque ex aliorum mente dicta sunt) ὄνομα ἐκ τοῦ κατ' ἀρχὴν μέρους ἢ ἀντωνυμία ἐκ τοῦ κατὰ τὸ τέλος; ἐὰν γὰρ (haec iam Apollonii sunt et pertinent ad primam sententiam οὐχ ὑγιὲς τὸ λέγειν. cf. 19, C, 9.) ἅπαξ δοθῇ ἐγκεῖσθαι τὸ οὗτος, δέδοται καὶ ἀντωνυμίαν εἶναι τὸ τηλικοῦτος· τὰ γὰρ τέλη κτἑ. — Quid verbis illis τί γὰρ οὐ μᾶλλον comprobatum velit, non statim liquet. Plura omissa videntur non a librariis, sed ab Apollonio ipso, qui quosdam ita loquentes inducit, ut duas simul quaestiones solvant: quaerebatur enim et num composita essent vocabula illa et in quam verborum classem referenda viderentur. Id igitur dicit: male quidam contendunt, in nomine τηλικοῦτος inesse quidem τηλίκος et οὗτος, sed inde non sequi ut sit pronomen: τί γὰρ οὐ μᾶλλον κτἑ. Contorta sane oratio; sed Apollonio, qui totus in illis rebus esset, multa visa esse satis perspicua, quae nos vix intelligamus, infra videbimus. His consimilia sunt quae p. 38, A. leguntur: de quibus vide nr. 3.

Cedere loco iussa est particulae γάρ adversativae p. 69, B, 7. τὸ τύνη ὠλιγωρῆσθαί φασι, καθὸ τείνει τὸ ῡ· εἰ γὰρ ἐγώ ἐγώνη, τοῦ αὐτοῦ χρόνου μένοντος, χρὴ καὶ ἀπὸ τοῦ τύ τύνη. τί γὰρ (Bekk. δὲ) οὐ μᾶλλον τὸ τύ παραλόγως συνεστάλη ἤπερ τὸ τύνη ἐξετάθη; At potuit ita loqui, ut locutum eum esse persuasum habeo: nam quum diceret τὸ τύνη ὠλιγωρῆσθαί φασι, haec sibi non probari significavit: facile igitur omissa supplemus: οὐκ ὀρθῶς· τί γὰρ οὐ μᾶλλον κτἑ. Haec si Bekkerus ferre non poterat, non offensum eum esse miror loco difficiliore, sed eadem ratione explicando p. 92, B, 10: de quo diximus nr. 47. Simile quid omissum est p. 71, A. Disputat 69, C — 70, C. contra eos qui nominativum tert. pers. et propter formam et propter notionem ἀσύστατον esse existimabant. Tum Tryphonis sententiam refert, qui in ἰωρός et similibus ἵος, unde οἷος factum esset, inesse dicebat. Contra quem δῆλον γὰρ ait ὡς ἡ μετὰ δασέος βραχεῖα ἐκφορὰ τοῦ ῐ ἐλλιπῆ αὐτὴν κατέστησε κατὰ τὴν χρῆσιν. i. e. Ἀλλ' οὐκ ὀρθῶς λέγει· δῆλον γὰρ κτἑ: inde vero pronomen illud ἐζητεῖτο. —

De duobus aliis locis, p. 110, A, 3. et 130, B., quibus nunc δέ pro γάρ scriptum est, minus acriter contra Bekkerum pugnaverim, nisi forte priore loco oratio etiam alio vitio laborat. Displicet enim, quod quum monosyllabas formas νώ et σφώ Atticas esse iisque etiam Homerum uti dixisset, genitivum et dativum νῶϊν et σφῶϊν commemoravit, tum demum Attica protulit exempla nominativi et accusativi,

quibus statim versum Homericum, in quo gen. vel dat. legitur, adiunxit his verbis: τοιοῦτο γὰρ (Bekk. δέ) ἦν τὸ οὐ γὰρ σφῶν τε γένος ἀπόλωλε τοκήων. Altero loco γάρ fortasse defendi potest coll. p. 23, C, 2., ubi Bekk. particulam non sollicitavit.

Ut iis locis, de quibus dictum est, Bekkerum particulae γάρ bellum indixisse vidimus, sic non rarius δέ alterius coniunctionis gratia loco movere studuit. Sed ut coniunctiones, quarum notio latius patet, saepenumero earum loco ponuntur, quae qua ratione singulae sententiae connectantur accuratius definiunt, sic δέ, quod nonnunquam nihil nisi cogitata coniungit, non raro locum habuit, ubi, si diligentius loquimur, ea coniunctione utendum est, quae rationi reddendae inservit; recte igitur Apoll. de coniunct. p. 506, 23. οὐκ ἔστιν inquit ἀσύνηθες τὸν δέ εἰς γάρ μεταλαμβάνεσθαι. Posuit autem Bekk. pro particula δέ, quam cod. exhibet, causalem coniunctionem p. 39, C, 9. 40, C, 2. 107, C, 7: ubi γάρ recte dictum esse nemo negabit, altera vero coniunctio nescio an usu grammatici excusari possit. Paullo verecundius idem Bekk. de synt. p. 138, 23. φαίνεται δὲ καὶ ὅτι malim inquit δή vel γάρ.

Etiam in copulativam particulam τέ temere mutatum est δέ: de pron. p. 34, A. εἴτε γὰρ (sc. τίς) πυσματικῶς εἴτε ἀποφατικῶς λαμβάνοιτο, σαφὲς ὅτι ἀόριστα. ὁ γὰρ πυνθανόμενος ἐν ᾧ πυνθάνεται ἀγνοεῖ, τὸ δ' ἀγνοούμενον ἀόριστον. ὁ δὲ λέγων ἀποφατικῶς (Bekk. ὅ τε λέγων). De synt. contra 14, 18. legitur αἵ τε ἀντωνυμίαι: Bekkerus autem fortasse inquit δέ. Priscianus autem.

2) p. 4, A. τὸ δὲ ἀντονομοσία πρὸς τῷ καὶ τρόπον ὄνομα δηλοῦν καὶ τὸ ὀνομάσαι ἔχει ἐγκείμενον, καθὸ καὶ τῷ χειμάσαι τὸ χειμασία παράκειται.

Cave scribendum existimes καὶ τὸ χειμάσαι τῷ χειμασίᾳ παράκειται: plerumque enim vocabulum primitivum ita ab hoc verbo suspensum est, derivatum subiecti vicibus fungitur. de pron. 123, C. de coniunct. 499, 6. de adverb. 545, 4. 549, 30. 32. 567, 1. 13. 570, 32. 572, 13. Inverso ordine bis legi: de coniunct. 498, 33. τῷ ἀσέμνως τὸ ἄσεμνος παρακεῖσθαι et de adv. 566, 6. καθὸ καὶ τῷ καλῶς τὸ καλὸς παράκειται. —

3) p. 6, B. οἶμαι δὲ καὶ τὸ ὑπὸ τῶν Στωικῶν καλεῖσθαι αὐτὰ (sc. ἄρθρα) ἀοριστώδη ὑπό τι μαχόμενον. ἀόριστον μὲν γὰρ τὸ ἄνθρωπος παρεγένετο· πᾶσα γὰρ ἀναφορὰ γνώσεως προϋφεστώσης ἐστὶ σημαντική. — Haec ad ea quae antecedunt referri nequeunt: Bekk. igitur excidisse putat ὡρισμένον δὲ τὸ ὁ ἄνθρωπος παρεγένετο et similes lacunas in syntaxi ex Cod. A. explevit. Et de hoc loco ei concesserim. Sed non desunt alia exempla huic simillima (cf. etiam nr. 1.) quae nescio an sana sint. p. 38, A. enim haec leguntur: ὅπερ ἄγαν ἐστὶ ληρῶδες (sc. si quis τηλικοῦτος et τοιοῦτος putat τῶν ὑποκειμένων δεῖξιν παριστάνειν) τὸ γὰρ δεικνύμενον δι' ἀντωνυμίας οὐκ ἐπ' ἄλλου συντείνει, αὐτὸ δὲ (sc. ἐστί) τὸ ὑποκείμενον καὶ κατὰ γένος καὶ κατὰ ἀριθμόν. ἀφορῶν γάρ τις εἰς λίμνην φήσει τηλικοῦτον εἶναι τὸν Νεῖλον. Haec cum proximis verbis coniungi non posse, sed ad ea referri, quae de τηλικοῦτος et τοιοῦτος dicenda erant, sed non sunt dicta quivis videt. de synt. p. 118, 17. δὶς γὰρ γενομένης ἐπιτάσεως, μιᾶς μὲν ὑπούσης ἐν τῷ γοργότερος, ἀνάγκη πᾶσα τὴν ἑτέραν συμπαραληφθῆναι. ad q. l. recte Sylburgius subaudiendum inquit post γοργότερος commation hoc: τῆς δ' ἑτέρας ἐν τῷ μᾶλλον: quod propterea omittitur quia exprimitur in sequentibus. Et saepius

etiam Apollonius negligentius locutus est, ut ea quae nobis ad sententiam necessaria videntur omitteret, quum lectores ipsi facile addere posse viderentur. p. 27, A. ὅπερ (ἑνικὸν vocativi pr. pers.) καὶ ἐσχηματίσθη παρὰ τῷ ποιητῇ γαμβρὸς ἐμὸς θύγατέρ τε. ὃν τρόπον ἀπὸ (corr. Bekk. ἀντί) τοῦ γαμβρέ, οὕτως ἂν ἀντὶ τοῦ ἐμέ (vide Bekk.). -- p. 55, C. et 56, A. ἐμὲ γὰρ λύσομαι εἷς καὶ ὁ αὐτός, ἐμὲ δ' ἔγνω μεταβατικῶς, ὅ τε γνωσθεὶς καὶ ὁ γνούς. Quis non videt orationem, quam tamen sanam puto, non ab omnibus partibus esse absolutam? dicendum enim fuit: εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὁ λύων καὶ ὁ λυόμενος (cf. p. 57, A, 4. εἷς γὰρ καὶ ὁ αὐτὸς ὁ διατιθεὶς καὶ ὁ διατιθέμενος). Sed extrema ita refingenda esse arbitror: ἕτερος (pro ὅτε) ὁ γνωσθεὶς καὶ ὁ γνούς. cf. Prisc. T. I. p. 573. alter enim cognovit, alter est cognitus. — p. 57, A. τὰ μέντοι ἐν διαβάσει ἑτέρου προςώπου ὀρθῶς πάλιν καὶ κατὰ τοὺς ἀριθμοὺς διαλλάσσει καὶ κατὰ τὰ πρόςωπα. ἀδιαφορεῖ γὰρ ἢ ἕνα δρᾶν πλείους ἢ ὑφ' ἑνὸς δρᾶσθαι ἢ ὑπὸ πλειόνων. Poterat sane dicere ἢ ἕνα δρᾶν πλείους ἢ πλείους (δρᾶν) ἕνα ἢ ὑφ' ἑνὸς δρᾶσθαι πλείους ἢ ὑπὸ πλειόνων ἕνα: nihil tamen videtur deesse. Sed in iis quae proxime sequuntur ἢ πλείονες ἐμὲ τύπτουσιν ἢ ὑμᾶς τύπτει necesse est scribi: ἢ ὑμᾶς εἷς τύπτει, quod facile excidere potuit. — p. 70, A. πρὸς μὲν γὰρ τοὺς τὴν γραφὴν μεμφομένους (quod ī scribatur non ῦ quum pronomina tert. pers. ex altera existant ἀποβολῇ τοῦ σ. v. p. 69, C.) ἐκεῖνο ἂν εἴποιμεν ὡς ἡ ἀφαίρεσις τοῦ σ κατὰ τρίτα ἔστιν, ἐμέθεν — σέθεν — ἕθεν, ἐμέ — σέ — ἕ. ἡ δὲ σὺ τῇ ἐγὼ οὐχ ὁμοιοκαταληκτεῖ· οὐκ ἄρα καὶ κατὰ τὸ τρίτον ὁμοιοκαταληκτήσει. Aegre post κατὰ τρίτα ἔστιν desideras, εἰ αἱ κατὰ τὸ δεύτερον ταῖς κατὰ τὸ πρῶτον ὁμοιοκαταληκτοῦσιν (cf. p. 96, C. 115, A. de synt. p. 167, 23.) quae nescio an addenda sint, praesertim quum hoc loco primum eius rei mentio fiat: nisi forte tritum illud erat et decantatum praeceptum, ut omitti posset. — Sic ὁμοιοκατάληκτος et ὁμόχρονος bis leguntur non addito cum quo quid congruat: p. 99, C. εἴρηται ὡς αἱ ἀπὸ τοῦ σ ἀρχόμεναι ὁμοιοκατάληκτοι ἀποβολῇ τοῦ σ τὰ τρίτα ἀποτελοῦσιν: ad ὁμοιοκατάλ. subaudiendum esse ταῖς κατὰ τὸ πρῶτον aliunde constat. p. 124, C. εἰ ὁμόχρονοι αἱ κατὰ τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον σαφὲς ὅτι ἡ σφὶν συστελλομένη ὁμολογεῖ ἀπ' Ἰακῆς ἐγκλίσεως: quae Apollonius post δεύτερον omisit ταῖς κατὰ τὸ τρίτον, ea ipsi facile intelligimus ex iis quae proxime sequuntur. (ὁμολογεῖ c. participio iunctum ut ὁμόλογος p. 88, A.) Nec p. 140, C. quidquam deesse puto: οὐ μᾶλλον ἡ ἀντωνυμία (possessiv. ὅς) παράλογος ἤπερ τὸ ἄρθρον καθὸ εἰς ν οὐκ ἔληξεν. Bekk. post παράλογος dicit excidisse καθὸ εἰς ν ἔληξεν: qua emendatione non opus est, quum quod in altera parte omissum videtur, facile ex oppositis appareat. Recte vero Bekk. pro ἡ ἀντωνυμία παράγωγος scripsit παράλογος: sed vide ne legendum sit: ἡ παράγωγος ἀντων. παράλογος. — His alios locos adiungam, in quibus non omnia sibi ad amussim respondent et Apollonius non addidit, quae addere vel poterat vel debebat. Nam p. 23. ubi plurali numero personas dicit contineri diversas et **primam** quidem conceptionem facere, ut ait Priscianus, secundarum vel tertiarum, primo quidem loco accuratissime loquitur ὁ ἀποφαινόμενος περὶ ἑαυτοῦ καὶ πολιτῶν ἀπόντων, deinde brevius ὁ δὲ παρόντων pro ὁ δὲ περὶ ἑαυτοῦ καὶ παρόντων et eodem modo B, 2. ὁ δὲ λέγων ὑπὲρ ἀπόντων πολιτῶν πρὸς πολίτας pro ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ ἀπόντ. πολ. (Pro πρώτου καὶ δευτέρου B, 1. scribendum est καὶ δευτέρων; sequitur enim εἴγε πρὸς αὐτοὺς ἀποφαίνεται ὑπὲρ ἀπόντων. Paullo infra B, 7. durius

omissum est verbum πεποίηται: τὸ δὲ δεύτερον ἢ καὶ δευτέρων σύλληψιν ἢ καὶ τρίτων i. e. secunda pers. pl. num. vel alias secundas vel etiam tertias comprehendit). Negligentior oratio est etiam p. 129, C. καὶ αἱ μὲν ἀπὸ πρώτου ἑνικοῦ πρώτου ἂν ῥηθεῖεν, ἑνικαί τε καὶ κατὰ τὸν κτήτορα, οἷον ἐμοῦ — ἐμός. ὁμοίως αἱ ἀπὸ τοῦ δευτέρου σοῦ — σός, καὶ ἔτι αἱ ἀπὸ τρίτου οὗ — ὅς et quae sequuntur: ubi verbis αἱ ἀπὸ τοῦ δευτέρου addendum esse δευτέρου ἑνικαί τε et reliquis similia per se patet. Addam locum de synt. p. 285, 13, ubi Bekkerus excidisse quaedam putat, ego Apollonium omnia, quae poterat, dicere noluisse existimo: ὧν ἐστὶ καὶ ἐλλιπῆ, εἰ γένοιτο ἐκ πρώτου πρὸς τὸ δεύτερον καὶ τρίτον ἢ ἐκ τρίτου πρὸς δεύτερον καὶ πρῶτον. Bekk. post vocem τρίτον inquit excidisse videntur haec: ἢ ἐκ δευτέρου πρὸς πρῶτον καὶ τρίτον: quae omitti potuisse censeo, praesertim quum Apoll. statim dicat ὅπερ ἔστιν ἐπιτομώτερον φράσαι, εἰ ἐν διαβάσει εἴη τὰ τοῦ προςώπου.

4) p. 13, A. νοητέον μέντοι ὅτι καὶ αἱ παραχθεῖσαι (pron. possessiva) πάλιν κατὰ τὸ ἐντὸς πρόςωπον (quae est possessoris persona) ἀνακόλουθα τοῖς τε ἀριθμοῖς καὶ ταῖς πτώσεσιν. Extrema verba, quia **unus** est casus τοῦ ἐντὸς προςώπου, genitivus, supervacanea et propterea addita esse videri possunt, quod primitiva dixerat (11, C.) κατὰ πτῶσιν καὶ ἀριθμὸν διάφορα esse. Sed recte dixit καὶ ταῖς πτώσεσιν, quia genitivi νῶϊν, ἡμῶν, reliqui qui sunt in possessivis lege analogiae non possunt duci ab ἐμοῦ et reliquis genitivis singularis numeri.

5) p. 14, B. eos refellit qui ἀκολουθίαν, aliquam in pronominibus sibi invenisse videbantur, quum ἐμέο et ἡμέων, ἐμοῦ et ἡμῶν inter se convenire putarent, quod genitivi plurales parem haberent syllabarum numerum ac singulares. Tum pergit: οὐχ ὑγιὲς δὲ κἀκεῖνο. ἐπεὶ γάρ φασιν ἀπὸ τοῦ ε ἄρχονται πᾶσαι ἐπὶ τοῦ πρώτου, ἀκολουθίας ἐχόμεναι, ἡ φύσις ἐν τέλεσιν οὐδέποτε ποιεῖ σύγχυσιν. Haec vix intelligi possunt, nisi memineris brevius esse dicta, quum respiceret ad rem multum grammaticorum disputationibus agitatam. Quaerebant enim grammatici (vide de pron. p. 132. et de synt. p. 95, 17.) cur pronomina personas priore vocabuli parte distinguerent, non ut verba terminatione: eamque quaestionem Apollonius ll. cc. ita dissolvit, ut factum id esse dicat, ne casuum et personarum notae si in eadem essent vocabuli parte confunderentur (de pron. 132, C, 2. παρηκολούθησεν ἂν συγχύνεσθαι.). Haec igitur ii quorum sententia redarguitur ita coniunxerunt, ut id de quo h. l. potissimum agitur in sententiam causalem referrent, alterum, cuius Apollonius ipse hic quidem mentionem non fecerat, ponerent in enunciato primario. Iam totum locum sic interpretor: neque illa probanda: quum enim inquiunt a vocali ε incipiant pronomina pr. pers. — qua re ἀκολουθίας ἔχονται — in extrema vocabulorum parte σύγχυσις est evitata: (quae existeret, si casus et personae ἀκολούθως in exitu pronominum distinguerentur.). Fortasse qui ita disserebant personas discernere pronominum maxime proprium fuisse et propterea iam ἀκολουθίᾳ satis factum esse existimabant, si a suis quaeque persona inciperet litteris: casus quum verbis appositis discernerentur ἀνακολούθως fingi potuisse. Sentio quidem satis impeditam esse hanc totam disputationem, quum diversae res misceri videantur: sed qui omni ratione analogiam etiam in pronominibus defendendam esse sibi persuaserant, speciem saltem ἀκολουθίας invenisse satis habentes crassa egerunt Minerva (cf. p. 14, A, 8. seqq.) et simul etiam ad alteram de qua diximus quaestionem responderunt. Nec quid φύσις sibi velit

satis compertum habemus. An ita locutus est, quod natura in vocabulis non minus quam in rebus aliis quae gignuntur vim suam exhiberet hominesque naturali quodam sensu ducti pronomina ea quam diximus ratione finxissent? p. 132, B, 7. φυσικῶς ait τὸ τοιοῦτον ἀπετελέσθη et ibid. C, 5. προνοητικώτατα ἄρα κατὰ τὸ ἄρχον κινεῖται sc. τὰ πρόσωπα. —

6) p. 15, C. Pronomina possessiva quae σύναρθροι vocantur eodem iure contrario nomine appellari possunt, quod nec cum articulo postpositivo coniunguntur, nec praepositivum admittunt, si ad alteram personam referuntur: τί δ' οὐχὶ μᾶλλον ἐκ τοῦ πρὸς τὸ δεύτερον πρόσωπον, λέγω δὲ τοῦ ἐμὸς εἶ, ἀσύναρθροι ῥηθήσονται ἤπερ ἐκ τῶν κατὰ τὸ τρίτον, τοῦ ἐμός ἐστιν; Haec emendanda sunt: ἤπερ ἐκ τοῦ κατὰ τὸ τρίτον, τοῦ ὁ ἐμός ἐστι φίλος σύναρθροι (cf. p. 16, C.). Ea quae antecedunt sana videntur esse: negat συστατὸν τὸ λέγειν ἐμὸς ὃς ἔδρασεν, εἰ μὴ προςθείημεν τὸ δοῦλος, οὗ ἐστὶ τὸ ἄρθρον. ἀμέλει γοῦν καὶ οὕτως φαμέν, (i. e. non addito possessivo) δοῦλος ὃς ἔδρασε. Inde apparet, etiam ubi ὁ ἐμὸς δοῦλος ὃς ἔδρασε dicatur, pronomen relativum ad substantivum referendum esse, non ad possessivum. Noli igitur pro δοῦλος ὃς ἔδρ. scribere ὁ ἐμὸς δοῦλ. ὃς ἔδρ.

7) p. 16, B. πῶς οὖν δυνατὸν τὸ ἄρθρον προτάσσεσθαι τῆς πρώτης δείξεως; ἀκωλύτως γὰρ ὑποταγήσεται, ἀναπολοῦν τὰ ἐπὶ τὴν προκειμένην δεῖξιν. Haec sensu carent: scribe ἀναπολοῦντα ἐπὶ τ. πρ. Verbum ἀναπολεῖν sine obiecto legitur p. 16, A. ἀναπολεῖ γὰρ ἐπὶ τὴν ἐγὼ προϋφεστῶσαν. ibid. C. ἀναπολοῦσιν ἐπὶ τὴν προκειμένην γνῶσιν. — Num articulus τά qui est ante praepositionem ἐπί expungendus an cum proximo vocabulo ut nos fecimus coniungendus sit dubitare licet. Sed non desunt exempla, in quibus oratio ex singulari numero transit in pluralem et versa vice. Et prioris quidem generis sunt quae leguntur de synt. p. 125, 24. μόνως ὀρθοτονεῖ τὴν ἀντωνυμίαν ἡνίκα τὰς τούτων γενικὰς συνδεῖ (Sylb. propter τούτων voluit τὰς ἀντωνυμίας). p. 339, 17. εἰ μὴ πρότερον προςγένοιτο ἡ τοῦ ἄρθρου παράθεσις, ἃ καὶ μόνως ἐπὶ τὸ συνυπακουόμενον φέρεται: alterius autem de pron. 33, C. τὸ γὰρ ἐναντιώτατον ταῖς ἀντωνυμίαις, ἀόριστά ἐστιν (sc. τίς et similia) αὐτῆς ὁριζούσης πρόσωπα; quod eo facilius dici poterat, quum antecederet ἐγὼ δ' οἶμαι πᾶσαν λέξιν μᾶλλον ἀντωνυμίαν παραδεχθῆναι ἤπερ τὸ τίς: et qui locus prorsus geminus est de synt. 133, 20. οὐχὶ οὖν πλεονασμὸς ἐγγενήσεται ἐν ἀντωνυμίαις οὐχὶ αὐτῆς πρότερον ἐντελοῦς οὔσης: vix enim ad nomen φωνῆς quod est l. 15. referri poterit pronomen αὐτῆς.

8) p. 19, A. Dicere licet ὁ πατὴρ ὁ ἐκείνου, ὁ φίλος ὁ τούτου, τοῦ ὅτι πάλιν ἀναφερομένου ἐπὶ τὸ ὁ πατήρ. πόθεν γὰρ ὅτι ἐπὶ τὸ ἐκείνου καὶ τούτου, εἴγε καὶ σύναρθροι καὶ κατὰ γενικῆς πτώσεως; Lege: πόθεν γὰρ ἔτι ἐπὶ τὸ ἐκείνου, εἴγε καὶ ἀσύναρθροι κτέ. Ἔτι et οὐκέτι sexcenties ita leguntur: sed fortasse ὅτι ab ipso scriptore profectum est, quamquam alia eius omissionis exempla apud Apollonium inveniri non memini: nam loci qui est de synt. p. 124, 24. diversa est ratio: ἢ ὡς Ἀρίσταρχος ὡς οὐ κείμενον τὸν σύνδεσμον παραιτεῖται, quum ex verbis ὡς Ἀριστ. facilius repeti potuerit dicendi notio, unde alterum ὡς suspensum est.

9) p. 19, B. πῶς οὖν ἐν τῷ ἐντὸς προσώπῳ δεικτικῷ ὄντι, ὅπερ ἐστίν, ὡς προείρηται, ἡ ἀντωνυμία, ἄρθρον ἔτι προςελεύσεται, ὅτε οὐδὲ τῷ ἐκτὸς ὑπακουομένῳ; Facile aliquis praepositionem eiiciendam existimarit, ut eiecit Bekkerus libris omnibus dissentientibus de synt. 96, 22. ἔδει γὰρ ἅπαξ ἐν ἑνὶ μέρει

προςχωρῆσαι τὸ τέλος, καί, εἰ ἔστιν εἰπεῖν, εὐλόγως τῷ πτωτικῷ et 250, 13. ἀλλὰ παρεστήσαμεν ὡς καὶ ἐν ὁριστικοῖς (antecedit enim, sed compluribus verbis disiunctum τὸ μὲν εἴθε συντάσσεται εὐκτικοῖς). Non ausus est praepositionem delere, quamquam animus ad id inclinabat (v. Var. Lect.) p. 233, 7. ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὰ συντασσόμενα ῥήματα ἐν τρίτῳ καταγίνεσθαι, καὶ συντάσσεσθαι οὐκ ἐν ἄλλῃ πτώσει ἢ τῇ εὐθείᾳ, a quo loco diversum esse dicit p. 240, 19. πτῶσιν δὲ τὴν καὶ ἐν τοῖς ὁριστικοῖς καὶ τῇ ὑπολοίπῳ ἐγκλίσει συντασσομένην. Eodem modo locutus est Apollonius de adv. p. 543, 6. καὶ ἐν τῷ ἔπω ἔπος παράκειται. Equidem omnibus locis quos attulimus praepositionem retinendam arbitror, quum et a notione verbi compositi non abhorreat et veteres etiam Graeci ita pro simplici casu praepositionem addiderint ei quae iam in verbis inest. (cf. Soph. Antig. 719. γνώμη γὰρ εἴ τις κἀπ' ἐμοῦ — πρόςεστι.)

10) p. 20, C. agitur de discrimine pronominum personalium et possessivorum: καὶ αἱ μὲν ταῖς εὐθείαις ἀνθυπάγονται, αἱ δὲ κτητικαὶ καὶ ἀντὶ γενικῆς τῶν κτησαμένων. Delendum est καί ex praecedente syllaba natum. Nam etsi nominativus possessivi cum nominativo rei quae possidetur coniungitur, tamen pro solo genitivo possessoris poni potest. Vide etiam quae sequuntur. Idem factum est p. 118, B. αἱ πληθυντικαὶ καὶ κοινολεκτοῦνται κατ' εὐθεῖαν πρός τε Ἰώνων καὶ Ἀττικῶν, ἡμεῖς κτέ. Etiam aliis locis particula eiicienda est: p. 75, C. ἡ ὁδεῖνα παρ' Ἀττικοῖς πολλάκις καὶ ἐπὶ τοῦ τυχόντος λαμβανομένη et 78, B. οὐχ ὑγιὲς λέγειν ἐπεὶ καὶ τὸ ἕ ἐγκλίνεται, εὐθέως καὶ τὸ μεταλαμβανόμενον καὶ αὐτόν. Καὶ quod primo loco legitur eo more Graecorum dictum est, quo haec particula, si binae sententiae ita inter se comparantur, vel in subiuncto enunciato ponitur vel in utroque. (cf. p. 89, A. καὶ ὅσα καὶ ἐν ἄλλοις προςώποις ἐνοεῖτο, ταῦτα καὶ ἐπὶ ταὐτὰ πρόςωπα μετῄει.) Sed pro τὸ μεταλαμβανόμενον καὶ αὐτὸν scribendum est μεταλαμβανόμενον, αὐτὸν vel τὸ αὐτόν. (Bekk. τὸ μεταλαμβ. εἰς αὐτό vel αὐτήν. — μεταλαμβάνεσθαι saepe absolute dicitur, cf. C, 4. καὶ τὰ μεταλαμβανόμενα ταύτης τῆς τάσεως οὐ τυγχάνει.) In locum articuli καί invasisse videtur p. 124, C.: ὔμμιν Αἰολεῖς: sequitur exemplum: deinde ὁμοίως καὶ Αἰολικαὶ ἀποβάλλουσαι τὸ ν καὶ φυλάσσουσαι τὴν ἐν ὀνόμασιν δοτικῆς πληθυντικῆς σύνταξιν ἀναδέχονται. Neque enim formae Aeolicae cum aliis comparantur, sed adverbium ὁμοίως ad participia refertur: ἄμμιν, ὔμμιν ut nominum dativi plurales literam ν servant ubi vocalis sequitur, sequente consona abiiciunt. σύνταξις de verborum collocatione accipiendum, ut B, 1. ἕνεκα τῆς συντάξεως et aliis locis permultis.

11) p. 21, B. ἐπὶ μέντοι τῶν ἀντωνυμιῶν κατὰ τρίτα καὶ πλείονες αἱ φωναὶ ἐσχηματίσθησαν, εἴγε ἐκεῖνος, ὅδε, οὗτος, αὐτός, ὁδί, ὁδεῖνα. Bekk. codicis lectionem vitiatam esse ratus scribere vult ἥ τε ἐκεῖνος: quod non intelligo: εἴγε (sc. εἰσί) sanum est: si quidem ἐκεῖνος, ὅδε reliqua in usu sunt.

12) p. 21, C. ὀρθῶς ἄρα καὶ ἡ ἐν τοῖς τρίτοις προςώποις διαφορὰ διήρθρωται, δείξει μὲν ὡς ἐκεῖνος, ἀπουσίᾳ δὲ ὡς αὐτός, καὶ ἔτι ἐν διαστήματι· τὸ μὲν γὰρ οὗτος ἐγγύτητα σημαίνει προςώπου, τὸ δὲ ἐκεῖνος διάστημα. Apparet scribendum esse: δείξει μὲν ὡς οὗτος, ἀπουσίᾳ δὲ ὡς αὐτός, καὶ ἔτι ἐν διαστήματι (sc. δείξει) ὡς ἐκεῖνος. Cogitabam aliquando de alia emendatione, ut scriberetur ἀναφορᾷ δὲ (ἐν ἀπουσίᾳ) ὡς αὐτός, sed ut p. 28, A. ἀναφορά oppositum est ἐγγύτητι et διαστήματι, sic h. l. ἀπουσία potest poni δείξει: quae enim non adsunt, monstrari nequeunt. Sic p. 25, A. οὔτε τὰ τρίτα, ἐπεὶ ἢ ἄπεστιν ἀναφορικῶς λεγόμενα — ἢ δείκνυται

ἐν διαστάσει, ὡς ἐν τῷ οὗτος ἐκεῖνος, ubi οὗτος expungendum, et p. 46, B. οὐδὲ
γὰρ ἔστι καὶ ἐπὶ τούτων (sc. τῶν κατὰ τὸ τρίτον ἀδιαστόλων γένους) λέγειν, ὡς ἡ
δεῖξις τὸ γένος ἐξηγεῖται. ἄπεστι γάρ: tum eorum esse ἀναφοράν ostenditur. Sub-
iectum autem verbi ἄπεστι pronomina sunt tert. pers.: quum enim res, de quibus
pronomen ponitur, vel prope sint vel absint, pronomina ipsa vel adesse dicuntur
vel remotius distare. cf. 25, A. l.l. ibid. B. καθὸ πλησιάζει sc. ἡ οὗτος. 26, A.
πέλας δέ ἐστι τὸ οὗτος. 72, B. ἡ μὲν γὰρ πλησιάζει — ἡ δὲ (sc. ἐκεῖνος) πάντοτε
ἐν ἀποστήματι.

13) p. 22, B. C. quae de personis dicuntur non satis sunt emendata. Et
primum quidem ὅπερ ῥητέον ἐν μὲν τῇ περὶ ἑαυτοῦ ἀποφάσει πρῶτον commate post
ἀποφάσει distinguendum est: tum pro ἐν δὲ τῷ πρὸς ὃν ὁ λόγος ὑπὲρ αὐτοῦ δεύ-
τερον scribendum ἐν δὲ τῇ πρὸς ὃν κτἑ. cf. p. 66, B. τὸν λόγον τὸν πρός τινα ὑπὲρ
αὐτοῦ τοῦ προσφωνουμένου et de synt. p. 254, 5. δεύτερον δὲ τὸ πρὸς ὃ ἡ ἀπότασις
ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ προςφωνουμένου. Sed fortasse aliis Bekkeri emendatio praeferenda
videbitur ἐν δὲ τῇ περὶ τοῦ πρὸς ὃν κτἑ quae quidem longius a cod. lectione rece-
dit, sed magis cum Prisciano consentit, qui sua se ab Apollonio depromisse
dicit l. XII. p. 547: secunda quum de ea pronunciat ad quam directo sermone lo-
quitur. — Quae sequuntur apud Apoll. miro sane modo, sed more prorsus Apollo-
niano dicta sunt: quid enim sit ἐν τῇ μήτε προςφωνούσῃ (sc. ἀποφάσει) μήτε
προςφωνουμένῃ sentis quidem, sed quomodo tam paucis verbis in Latinum ser-
monem aut Germanicum transferas vix dixeris. (Prisc. l. l. tertia quum de ea quae
nec loquitur nec ad se directum accipit sermonem.) — B. 8. καὶ τὸ τρίτον περί
τινος scribe τὸ περί τινος. Sed haec leviora: proxima vero (C, 3.), ut nunc legun-
tur, intelligi nequeunt: ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ σὺ πρὸς ὃν ὁ λόγος (ita enim alii definiunt
sec. personam) τί δέ; οὐχὶ καὶ τὸ ἐκεῖνος λέγεται πρός τινα ὑπέρ τινος πᾶν τε
πρόςωπόν τέ ἐστι; πῶς οὖν περί τινος μόνον τὸ τρίτον, κοινῆς οὔσης τῆς λέξεως
κατὰ πάσης οὐσίας. Ego interpunctionibus mutatis et una voce transposita, altera
vel deleta vel transformata locum mirum quantum perturbatum sanari posse arbi-
tror. Quid enim, si legis: οὐχὶ καὶ τὸ ἐκεῖνος λέγεται πρός τινα; (signum inter-
rogationis a me additum: haec autem contra eos dicta qui sec. person. male de-
scripserant.) Tum iam tertiam quoque personam ab aliis non recte definiri (cf.
B, 8.) ostendit his verbis: ὑπέρ τέ τινος (cf. p. 38, B, 3. ubi τέ idem est quod
porro) πᾶν πρόςωπόν ἐστι. (ita enim distinguendum). Πῶς οὖν κτἑ vel ὑπέρ τέ
τινος πᾶν τι προς. ἐσ. — Sed nondum ab hoc loco discedere licet: vide enim
quam importune interpositis verbis πῶς οὖν μόνα τὰ τρίτα περί τινος dirimantur
ea quae de personis pluralis numeri dicuntur. Τὰ γοῦν πληθυντικὰ τοῦ πρώτου
προςώπου ἐμπεριεκτικὰ δύναται εἶναι καὶ παντὸς προςώπου ἅπερ τινά ἐστι. πῶς
οὖν μόνα τὰ τρίτα περί τινος; δεῖ γὰρ νοεῖν ὡς ἡ ἐν τοῖς ἑνικοῖς κτἑ. Illa
igitur verba quae diximus ex iis quae antecedunt vitiose repetita esse contendimus.
(cf. nr. 24.)

14) p. 24, C. Primae personae imperativus deest: δεῖ μέντοι νοεῖν ὅτι τὸ
χαζώμεθ' ἐφ' ἵππων καὶ τὰ παραπλήσια ἠθικώτερον ἀναπεφώνηται, τῶν ὑποτι-
θεμένων ἑαυτοὺς καὶ συλλαμβανόντων. Bekkerus fortasse inquit τῶν ὑπο-
τιθεμένων ἑαυτοῖς καὶ ἀλλήλους συλλαμβανόντων. Quae coniectura vehementer
displicet et ne potuisse quidem ita dici putamus: dicendum enim potius fuit τῶν

ὑποτιθεμένων ἄλλοις καὶ ἑαυτοὺς συλλαμβανόντων. Sed nihil mutandum. Quum
verbum ὑποτίθεσθαι usurpetur, si nos ipsi adhortamur (cf. de synt. p. 256, 4.),
plurali numero pr. personae, qui etiam secundas et tertias personas simul com-
prehendit, alios ita monemus, ut nos una complectamur, quod ἠθικώτερον est: uti-
mur igitur ea dicendi forma, si quid alicui verecundia hominis directo imperare
prohibemur. cf. de synt. p. 257. χαζώμεθα dixit poeta ἵνα μὴ τῷ ὑπερέχοντι προς-
ώπῳ προςτάξῃ ἐν τῷ χάζου et altera loco ἄνδρας κτείνωμεν· ἑαυτὸν γὰρ συλλαβὼν
προθυμοτέρους καθίστησιν. Eadem fere habet Schol. L. V. ad Il. ζ, 70. κτείνωμεν·
τῷ πόνῳ συζεύγνυσιν ἑαυτόν et Sch. A. τῷ μὲν καμάτῳ καὶ ἑαυτὸν ὁ Νέστωρ ὑπο-
βάλλει. Sana igitur videtur l. l. codicis lectio τῶν ὑποτιθεμένων καὶ ἑαυτοὺς συλ-
λαμβανόντων: nam ὑποτίθεσθαι quum a verbo προςτάσσειν diligenter distinguatur
(de synt. p. 256.) et peculiarem habeat significationem (unde ὑποθήκη et ὑποθετικά)
etiam sine dativo dici posse videtur. Unum καί melius fortasse sede mutata ante
ἑαυτούς ponatur: sed necessaria emendatio non est.

15) p. 26, B. Possessivorum primae personae vocativos esse dicit eorumque
exempla profert Homerica duo, Callimacheum unum: tum pergit οὐκέτι μέντοι ἐπὶ
δευτέρου, οὐ καθάπερ τινὲς ᾠήθησαν διὰ τὸ τὸν ἀριθμὸν διάφορον εἶναι·
ἑνικὸν μὲν γὰρ τὸ κατὰ τὸ τέλος — πληθυντικὸν δὲ τὸ κατὰ τὸ κατὰ τὸ ἄρχον.
Haec intelligi non possent, nisi grammaticos quosdam (de synt. p. 220, 16. Ha-
bronem nominat) in hac quaestione de vocativo ὑμέτερε disputasse sciremus. Sed
accuratius loqui Apollonius noluit, quia iis, quorum gratia scribebat, rem satis
notam esse arbitrabatur. Sic p. 60, B. (ubi pro καὶ ἐπὶ αἰτιατικῆς legendum est
θηλυκῆς: nam accusativi exempla etiam supra dedit) post τὸν ξεῖνον πέμπωμεν
ἑὴν ἐς πατρίδα γαῖαν non excidit alterum exemplum (Il. γ, 24.) ἑῇ ἐν πατρίδι γαίῃ,
sed quum locus ille a grammaticis multum tractatus esset, statim dicere poterat
φασὶ δὲ καὶ τὸν Ἀρίσταρχον ἀσμένως τὴν γραφὴν τοῦ Δικαιάρχου παραδέξασθαι:
haec vero pertinent ad versum illum Iliadis, de quo nihil dixit. — Sed in loco
quem primum posuimus (p. 26, B.) grave videtur insidere vitium: dicit enim Apoll.
grammaticos, qui ubi diversus sit in possessivis sec. pers. numerus eius qui possi-
det et rei quae possidetur, vocativum locum habere negant, ita suam stabilire
sententiam: πῶς γάρ φασι πληθυντικὸν ὑφ' ἓν κεκλίσεται; Ego vero pro κεκλί-
σεται legendum esse existimo κεκλήσεται. Sic de synt. p. 247, 22. κλήσεως et
κλίσεως commutantur. Nam et futurum tertium verbi liquidati vix alio exemplo
firmaveris, quamquam de usu recentiorum Graecorum spondere non audeo, nec
fieri potuisse credo ut grammaticis illis tale quid in mentem veniret, quippe qui
ἡμέτερος, ὑμέτερος, reliquos horum possessivorum casus singulares et singularium
plurales sexcenties legissent. Sed possessivi pluralis num. vocativum singularem,
ἡμέτερε, rarius fortasse invenerant, ut ὑμέτερε in usu fuisse inepto illo argu-
mento negarent. —

16) p. 30, A. Unde suspensus sit acc. c. inf. τὰς μὲν οὖν ἄλλας πτώσεις —
νοεῖσθαι, ignoro. Num excidit δῆλον an προείρηται? Obversatum videtur esse
animo scriptoris προείρηται, quod in proxima sententia sed addito ὡς legitur:
quamquam in hoc libro nondum de ea re egit.

Ibid. B, 2. qui de se ipso loquitur vel ad alium sermonem dirigit, ἠδυνάτει
προςχρῆσθαι τοῖς ὀνόμασιν, ὡς προείρηται, χωρὶς εἰ μὴ τὰ τῆς ὑπάρξεως ῥήματα

*συντάσσοιτο**) *τηνικαῦτα γὰρ ἐπὶ πρώτου καὶ δευτέρου τὰ ῥήματα ἐτάσσετο.* Lege *τὰ ὀνόματα ἐτάσσετο*, ut etiam e sequentibus apparet.

17) p. 34, C, 8. *τῷ τίς τὸ ἐγὼ ἀνθυπάγεται, ἀλλὰ καὶ τὸ Ἀρίσταρχος, ἄλλα μυρίων προςώπων δεικτικά.* Post verbum *ἀνθυπάγεται* colo interpungendum est et pro *ἄλλα μυρίων προς.* fortasse scribendum *ἄλλα μυρία.* cf. *ἄλλων ἀπείρων* 6, B. *ἄλλα μυρία* 3, B. 80, C. 84, C. et p. 37, A, 1. si quis *ἐπ' ἄλλων μυρίων* malit pro *μορίων* ego non repugnaverim.

18) p. 35, A, 1. *τὰ δὲ πύσματα κατὰ ποσότητος, ὡς τὸ πόσος — — καὶ κατ' οὐσίας, ὡς τὸ τίς. καὶ οὐ διὰ τοῦτο ἀντωνυμία.* Displicet coniunctio *δέ*, quam eiiciendam esse puto, nisi exciderunt nonnulla, quibus haec verba opponantur, de notione pronominis. Locum ita interpretor: quaeri potest de numero, de qualitate, de magnitudine, de substantia (*κατ' οὐσίας, ὡς τὸ τίς*): propterea vero non est pronomen. His refellitur argumentum, quo qui *τίς* pronomen esse voluerunt usi sunt p. 33, B, 8. Tum A, 10. *ἐπὶ πασῶν τὸ αὐτὸ ἦν, καὶ οὐ πάντως οὐκ ἀντωνυμία* pro singulari scripserim *ἀντωνυμίαι.* B, 3. vero contra Bekkerum, qui *ὅςτις* et *ἥτις* scribere vult, codicis lectionem *ὁ τίς* et *ἡ τίς* defendo. Dixit enim pronomina quae genus forma discernant communia non esse, *τίς* autem, cuius neutrum *τί*, et de maribus et de feminis dici additis articulis significat.

19) p. 37, C, 1. punctum quod est post *συνθέσεως* cum commate mutandum: tum C, 6. legendum *ἅπερ* pro *ὅπερ*. Bekk. coniecit *εἴπερ*. —

20) p. 38, A — C. Pleraque h. l. sana videntur, quamquam oratio, quum argumenta, quibus nonnulli *τηλικοῦτος* et *τοιοῦτος* pronomina esse evincebant (p. 36, A, B.) strictim percenseat, durior est et fere imperfecta. Et de verbis *ἀφορῶν γὰρ κτἑ* iam supra n. 3. dictum est. Paullo inferius (A, 9.) Bekk. pro *εἰς ἕν τι μέγεθος* scribi posse existimat *ἓν τὸ μέγεθος*: quod secus est. Postquam enim Apollonius quae pronominibus monstrantur genere et numero cum pronomine congruere dixit, iam quae vocibus *τηλικοῦτος* et *τοιοῦτος* comparantur cum iis substantivis, quae vocibus illis sunt addita, et genere et numero ab his discrepare demonstrat exemplis, quorum alterum genus esse diversum ostendit. Nilus enim comparatur cum *λίμνῃ* alterum ad numeri diversitatem refertur, ita tamen ut generis quoque ratio habeatur. *Ἢ ἐπὶ πλήθους τηλικοῦτοί μοί εἰσιν οἱ παῖδες ἀποβλέπων εἰς ἕν τι μέγεθος τῶν ὑποκειμένων, ὅπερ ἐπὶ παντὸς γένους δύναται παραλαμβάνεσθαι.* Non dicit igitur: ad solam magnitudinem respicimus, quod Bekk. voluit, sed ad unam aliquam magnitudinem et *ἕν* mihi quidem oppositum videtur *πλήθει*. Poterat etiam accuratius dicere *εἰς ἑνός τινος μέγεθος.* Bekkeri emendationem si quis veram esse existimat, eum necesse est pro *ἐπὶ παντὸς γένους* legere *ἐπὶ παντὸς ἀριθμοῦ.*

B, 3. *αἵ τε διὰ τοῦ ι ἐπεκτάσεις κατά τινος ὑποκειμένου καὶ ἀναφερομένου· ἐκεινοσὶ γὰρ καὶ τουτοΐ.* (Quum B, 1. argumentum adversariorum, quod redargueret, proposuit ipsum, h. l. statim refellit: referenda autem sunt ad p. 36, A, 10.) Tum pergit: *ὑπέκειτο δὲ ταῖς τοιαύταις φωναῖς τὸ ὁμοιωματικόν, ἐφ' ὃ ἀναφέρεται τὸ*

*) Verba vocativa omissa sunt, quae aliis locis (ut p. 31, B.) cum substantivis coniunguntur: et sequitur etiam exemplum verbi *λέγεσθαι, Ἀρίσταρχος λέγομαι.* Sed solet Apollon. nonnunquam negligentius loqui: de synt. 45, 13. sq. prorsus eadem est ratio. —

τηλικοῦτος. Nihil vitii subesse videtur: iam singula explicabo. Formae paragogicae de subiecto aliquo, quod etiam relatione significatur, accipi solent. [Ita enim *ἀναφερομένου* interpretor. cf. p. 10, B. *κατά τινος ὑπακουομ. καὶ* (etiam) *ἀναφερομένου* dixit, quia pronomina *οὑτοσί* et *ἐκεινοσί* vulgo sunt demonstrativa, rarius *ἀναφορικά* cf. p. 75, B. — Verbis *ἐκεινοσὶ γὰρ καὶ τουτοΐ* nihil comprobatur, nisi addideris quae in mente habuit Apollonius.] His autem formis *τηλικουτοσί, τοιουτοσί*, subest id quocum aliquid comparatur (*ὁμοιωματικόν* fere idem est quod *ὁμοιούμενον*): ad quod refertur *τηλικοῦτος.* Nam si dico *ἀνὴρ οὑτοσὶ*, relatio est ad virum ipsum; si *τηλικουτοσὶ ὁ Νεῖλος, τηλικοῦτος* refertur ad aliud aliquid, cui similis esse dicitur Nilus. Id igitur discrimen interesse dicit inter *τηλικουτοσί* et *οὑτοσί*, quod pronomine res ipsa vel *δείξει* vel *ἀναφορᾷ* significatur, nomine vero fit relatio ad aliam rem. Cf. Prisc. I. p. 578, 33. Sic etiam intelligenda sunt, quae A, 4. sq. imperfecte dicta esse supra vidimus. —

21) p. 38, C. *ἄστεφος* vocabulum non Graecum: scribe *ἄξιφος*, quod est de synt. p. 187, 10.

22) p. 39, A. *ἡμεδαπός, ὑμεδαπός* composita non sunt: *τὰ τοῦ γένους ἀντέκειτο· κοινὰ γὰρ θέλει εἶναι ὁμοίως τοῖς συνθέτοις.* Nonne *ἔδει* pro *θέλει* scribendum? sunt enim trium generum. Cur non sint communia, de synt. p. 187, 20. docetur, ubi Apollon. patrocinium alienae sententiae suscepit. —

Quae l. l. extrema pagina (C, 9.) leguntur *ἐλλιπῆ ὄντα τὰ πύσματα τοῦ ἐφ' ἃ ποθεῖ*, etiamsi pluralis relativi ita ad singularem referri potest, vix sana sunt: quis enim unquam dixit *ποθεῖν ἐπί τι?* Vide ne scribendum sit: *τοῦ ἐφ' οὗ πυνθάνεται*, ut p. 34, A. *ὁ πυνθανόμενος· ἐν ᾧ πυνθάνεται ἀγνοεῖ.*

23) p. 45, [illegible] *τούτου αἴτιον τὸ ἐν τοῖς ῥήμασιν ἀναπληροῦσθαι τὸ τῶν ἐγκλινομένων εὔχρηστον, ὅ ἐστιν ἑνὸς μόνου προςώπου παράγωγο.* — (Bekk. *παράστασις*: fort. *παραστατικόν.*) *Εὔχρηστον* hoc uno loco in libro de pron. legitur, frequentius de synt.: unde quid sit cognoscere licet. Et primum quidem Latinum est aptus p. 256, 16. *ὃν μάλιστα καὶ εὔχρηστον ὑπολαμβάνω καθίστασθαι ὡς πρὸς τὰ ἐπικρατοῦντα πρόςωπα*: deinde neutrum adiectivi vim accepit substantivi *εὐχρηστία* (p. 36, 27.). Eo sensu legitur p. 147, 1. *οὐ μὴν περισσὸν ἡγητέον παραθέσθαι τὸ εὔχρηστον τῆς γενομένης ἀφορμῆς κατὰ τὸ τρίτον.* Tum id significat, cuius gratia aliquid usurpatur, quod aliquid praestat, ut fere nihil differat ab ea notione, quam Latinum vis habet. p. 186, 8. (*σφέας αὐτούς* non componitur) *καθὸ τὸ ἐσόμενον ἐξ αὐτῶν εὔχρηστον ἡ προειληφυῖα πληθυντικὴ προφορὰ* (sc. *τὸ ἑαυτούς*) *περιέγραψεν.* p. 278, 27. *ἐπεὶ τὸ ταύτης* (sc. *τῆς διὰ τοῦ ω καταλήξεως, ἐνεργητικῆς οὔσης*) *εὔχρηστον διὰ τοῦ προειρημένου μέσου ἐνεστῶτος κατείληπτο.* p. 45, 2. (articuli propria est relatio, item vocabuli *ἀμφότεροι*) *προῦπτον οὖν ὅτι ἡ τοῦ ἀμφότεροι σύνταξις, τὸ εὔχρηστον τοῦ ἄρθρου ὑπαγορεύουσα, ὡς περισσὴν τὴν τούτου σύνταξιν ἀπεώσατο.* p. 87, 14. *καὶ γὰρ τὰ ῥήματα τὸ εὔχρηστον τῶν κατ' εὐθεῖαν ἀντωνυμιῶν ἀπηνέγκαντο καὶ οὐ πάντως ἓν μέρος λόγου.* Et hoc sensu dictum est de pron. l. l. — Contrarium videntur significare quae de synt. p. 114, 7. legimus: *τὸ ἀδύνατον τοῦ ὀνόματος ἀναπληροῦσαι* (sc. *αἱ ἀντωνυμίαι*). —

24) p. 48, C. *ὁμοίως καὶ αἱ τῷ ε πλεονάσασαι μόνως ὀρθοτονοῦνται, οὐκ ἄλλῃ αἰτίᾳ ἢ τῇ εἰρημένῃ.* Haec non suo loco posita sunt: neque enim verba *οὐκ*

ἄλλῃ αἰτίᾳ ἢ τῇ εἰρημένῃ ad ea referri possunt, quae antecedunt, quum ibi de reflexivis agatur. Rectius legantur B, 3. statim post οὐκέτι ἐπ' ἄλλων ἢ ἐπὶ τῶν ὀρθοτονουμένων: ibi enim docetur cur ea quae vocali abundant accentum deponere nequeant.

Tum quae C, 5 — 49, A, 3. de duali dicuntur prorsus otiosa sunt, quum tota res iam supra p. 47, B, 5. absoluta sit. Fortasse ad illum locum ex libro alius grammatici adscripta temere huc sunt invecta. Eodem modo aliunde videntur irrepsisse p. 76, A, 9. βέλτιον θέμα, ἐπεὶ καὶ αἱ ἀποκοπαὶ ἄκλιτοι. p. 78, B, 6. ἔτι δεικτικώτεραι γινόμεναι διὰ τοῦ ῑ ἐπεκτείνονται — οὐδὲ γὰρ δεικτική. p. 115, C, 9. εἴρηται μὲν ὡς ἀδύνατον ἔγκλιμα μετάβασιν προσώπου σημαίνειν: quibus verbis inepte dirimuntur, quae de accentu dualium dicuntur: fortasse ex altero libro de synt. p. 168, 8. transcripta sunt. Eandem suspicionem habuit Portus de synt. p. 28, 23—24. et Sylburg. de p. 307, 16.

25) p. 49, C. ὁμολογεῖ τὸν ὀρθὸν τόνον διὰ τῆς τοῦ ε̄ γραφῆς. Cave scribendum esse existimes διὰ τῆς διὰ τοῦ ε̄ γραφῆς, quamquam est p. 45, A et B, 4. et p. 115, C. ἡ διὰ τοῦ ε̄ γραφή; de adv. p. 561, 1. περὶ γραφῆς τῆς διὰ τοῦ ε. Illo modo legitur de synt. p. 169, 8. λέγω τῆς τοῦ ῑ γραφῆς, ubi Sylburg. praepositionem addere voluit: quod Bekk. contra eum profert p. 212, 4. ὃ δύναται περιγράφεσθαι τῆς συνεμπτώσεως διὰ τὴν προσιοῦσαν τοῦ ῑ γραφὴν non prorsus videtur comparari posse.

26) p. 51. im. τὸ οὖν ἤ μ' ἀνάειρ' εἴπερ διεζεύχθη τὸ ῥῆμα, κἂν πάντως ῥῆμα ἐπεφέρετο. Scribe τῷ οὖν ἤ μ' ἀνάειρ', εἴπερ — τὸ ῥῆμα, κἂν — ἐπεφέρετο. Sic p. 34, C, 5. pro τὸ δέ τις recte nunc scribitur τῷ δέ τις.

27) p. 53, C im. ἐδείχθησαν γὰρ ὡς — αἱ ἐγκλιτικαὶ — ὀρθοτονοῦνται. Recte videtur Bekk. scripsisse ἐδείχθη ὡς — quum vix ita verbum primarium subiecto quod est in suspenso enunciato adaptari possit: quamquam prorsus eodem modo de synt. p. 337, 7. Cod. A. legit ἀπεδείκνυντο ὡς αἱ προθέσεις — νοοῦνται. Bekk. ex ceteris codd. ἀπεδείχθη ὡς.

28) p. 56, B, 7. χρὴ οὖν ἐφιστάντας — μεταλαμβάνειν τὰ τῶν ἀντωνυμ. συνήθη εἰς ἁπλῆν ἀντωνυμίαν — Bekk. τὰ — ἀσυνήθη: recte si de sola tertia persona agitur: sed ego haec verba ad omnia omnium personarum pronomina pertinere iisque iam totam disputationem concludi puto. Vide etiam sequentia.

29) p. 57, B. ὤμνυε δὲ πρὸς ἔμ' αὐτόν, ἀποστροφῇ τοῦ μ̄. An ἀποστροφῇ τοῦ ε̄? At ἀποστροφὴ ita non videtur dici. Ne ἀπόστροφον quidem legere me memini apud Apollonium, qui synaloephes vocabulo etiam de hac re uti solet (cf. de synt. p. 140, 21.) Fortasse igitur verba illa recte interpreteris: ἔμ' αὐτόν ita scribitur, ut littera μ̄ a proxima vocali avertatur sive seiungatur.

30) p. 58, C. τί τὸ ἐμποδὼν τὸ — τὴν ἀντιδιαστολὴν διήκειν; Cod. ἐμποδόν ut de synt. Cod. A. habet p. 161, 3. p. 163, 15. p. 176, 13. Sed accusativus articuli defendi posse videtur, quamquam Bekk. ad synt. p. 161, 13, ubi οὐδὲν ἐμποδὼν τὸ φάναι legitur, reponendum inquit τοῦ, ut est p. 176, 14. — Etiam de adv. p. 560, 26. genitivus legitur.

31) p. 60, A. ὁμοίως Ὄθ' ἑὸς δόμος (ὅ τινὸς ὅτε με) ἀμφεκάλυψεν. Bekkerus in parenthesi fortasse corrigendum ὁ Θῶνος ὅτ' ἐμέ. At non opus emenda-

tione: referuntur verba ad p. 59, B. ἐπὰν δὲ τὸ ῥῆμα μὴ ἀπὸ τῆς γενικῆς νοῆται, ἀπὸ δέ τινος προσώπου κτέ.

32) p. 61, A. ὁμοίως καὶ τὸ Νέστωρ φάσχ' ὁ γέρων ὅτ' ἐπιμνησαίμεθα σεῖο Οἷσιν ἐνὶ μεγάροισιν (interpunctionem omisi, quia dubium videbatur, cum utro verbo pron. οἷσιν coniungendum esset) εἰ δὲ οὐ (scr. μή) εἰς ἁπλῆν τὴν αὐτοῦ. Bekkerus: cf. de synt. inquit p. 154. unde intelligenda et reconcinnanda sunt, quae statim inferuntur. — Equidem nihil deesse arbitror: cum enim antecedat εἰ δὲ εἰς σύνθετον (sc. μεταληφθήσεται), — καὶ τὸ ῥῆμα ἐκ τῆς γενικῆς ἀπήρτηται, verba ὁμοίως τὸ Νέστωρ φάσχ' κτὲ facile significare possunt: εἰ τὸ οἷσιν εἰς σύνθετ. μεταλαμβάνεται, τὸ ῥῆμα ἐκ τῆς γενικῆς ἀπήρτηται. In altera autem enunciati parte forma sententiae mutata est: dicendum enim erat, ut singula sibi responderent: εἰ δὲ εἰς ἁπλῆν τὴν αὐτοῦ, τὸ ῥῆμα ἐν διαβάσει νοεῖται vel simile quid. Sed solet ita loqui Apollonius: cf. p. 93, A. τὸ ἄρχον μέρος αἱ σύνθετοι κινοῦσαι πρόσωπα παριστασιν, ὁμοίως ταῖς ἁπλαῖς, τὸ δὲ τέλος, ὅτε γένος. (proprie dicendum fuit: τὸ δὲ γένος, ὅτε γένος). Nec satis membrum alterum alteri respondet p. 99, A. τὴν ἑαυτοῦ φασὶν ὠλιγωρῆσθαι, καθὸ τὴν μὲν ἐν ἀρχῇ σύνθεσιν αἰτιατικῆς ἔχει, τὸ δὲ τέλος γενικῆς. p. 133, C. κατὰ τὸν κτήτορα ἀμφιβάλλεται ὁ ἀριθμὸς ἐν προσηγορικοῖς, ἀνθρώπεια ἴχνη, πότερον ἑνὸς ἢ πλειόνων· αἱ δὲ ἀντωνυμίαι οὔποτε. p. 137, C. et 138, A. καθότι αἱ γενικαὶ κτῆσιν δηλοῦσαι ἐγκλινόμεναι θέλουσιν εἶναι, δοῦλός μου — αἱ δὲ ὀρθοτονούμεναι οὔ. —

33) p. 61, B. οἱ δὲ εἰς τὴν οἷ πρωτότυπον μετάγουσιν (sc. ᾧ) ἵνα δοτικὴ ἀντὶ γενικῆς ἀκούηται ὁμοίως τῷ Ἀχιλῆϊ δαμασθείς (i. e. ᾧ παιδί acceperunt pro παιδί οἱ, παιδὶ αὐτῆς cf. de synt. p. 156, 25.). Mirum sane est tam diversa inter se comparare potuisse Apollonium, sed eodem exemplo etiam p. 68, C. utitur, ubi de enallage casuum loquitur, et p. 117, A. quo loco σφωΐν dativum esse ostendit, qui pro genitivo positus sit ἐν σχήματος ἔθει. —

34) p. 62, A. Quod ἔγωγε solere negat (cf. A, 9.) ab initio sententiae poni, non magis intelligo, quam causam, propter quam id non fieri dicit, καθὸ καταφατικωτέρα ἡ ἔγωγε: ob id ipsum enim locum principalem pronomini illi proprium fuisse existimaveris. — Si l. l. A, 5. ἔγωγε ab nonnullis in encliticarum numerum referri dicit, de synt. p. 120, 5. idem de bisyllaba forma nominativi tradit, non repugnantia loquitur, et parum recte Bekk. ad priorem locum in libro de synt. l. l. ἔγωγε scribi iubet pro ἐγώ: nec scripsit ipse. Nam de synt. l. l. de Aeolica forma disputat, quae quod accentum retrahit, nonnullis tenorem inclinare visa est. —

Ibid. A, 7. ἐκ τοῦ ἀναβεβιβάσθαι τὴν τάσιν. Sic Bekk. scripsit pro ἀναβιβάσθαι, quod Cod. habet. Cur vero in recensu mendorum ἀναβεβάσθαι scribendum esse dicat, equidem non intelligo.

B, 2. διὸ καί τὸ τί σὺ τόσσον ὁμίλου μόνως ὀρθοτονητέον. Num qui etiam de secundae pers. nominativo enclitico somniaverint, aliunde non constat. An eo sunt illa verba referenda, quod alii pro τί σύ scripserunt τί νυ, quod est in Cod. Lipsiensi?

35) p. 66, C. ἔτι αἱ συμπλεκόμεναι πτώσεις ἢ διεζευγμέναι ἢ συναπτόμεναι τῆς αὐτῆς ἔχονται κλίσεως (Cod. πτώσεως). Scribe: ἔτι αἱ συναπτόμεναι πτώσεις ἢ συμπλεκόμεναι ἢ διεζευγμέναι τῆς αὐτῆς ἔχονται πτώσεως: nam verbi συνάπτεσθαι notio latius patet et solent inter se opponi συμπλοκὴ et διάζευξις.

Aliis locis *συναφή*, *συναπτικόν*, *συνάπτεσθαι* de sententiis conditionalibus dicitur (cf. de synt. p. 7, 17. p. 132, 10.) et eo sensu *τὸ συναπτόμενον* opponitur *τῷ συμπλεκομένῳ* de synt. p. 8, 10. et de coni. p. 483, 10. ubi sententias, quae disiunctivis vocibus connexae sunt, etiam copulativis vel conditionalibus dicit coniungi posse. — Sed ut in extrema sententia codicis lectionem, *πτώσεως*, revocaremus, comparatione similium locorum commoti sumus: neque enim rara apud Apollonium haec verborum abundantia, quamquam plerumque brevitati nimis studet. cf. p. 28, A. *ὅπου διὰ ῥημάτων κατὰ τὸ πρῶτον πρόςωπον καὶ δεύτερον ἡ τῶν ῥημάτων παράθεσις ἀναπληροῖ τὴν τῶν προςώπων μετάβασιν.* p. 59, B. *ἐπὰν μὲν ἡ διάβασις τοῦ ῥήματος ἀπὸ τῆς γενικῆς, ἥ τις —, τὴν διάβασιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ πρόςωπον ποιῆται.* p. 86, C. *ὁμόλογος ἡ σύνθεσίς ἐστιν ὡς ἐκ τῆς ἐμοῦ κτητικῆς τὴν σύνθεσιν ἐποιήσατο.* de synt. p. 17, 15. *ὑπὲρ τῆς τοιαύτης συντάξεως κατὰ τὸν προςήκοντα λόγον ἐντελῶς τὰ τῆς συντάξεως ἀποδείξομεν.* p. 331, 15. *τὰ τῆς μεταλήψεως εἰς τὸ μεταλαμβανόμενον τῆς ἀντωνυμίας μεταφράζεται.* Nec multum differt de synt. p. 23, 17. *ὑπολαβόντες τὴν παράθεσιν τῶν ἄρθρων εἰς γένους διάκρισιν παρατίθεσθαι τοῖς ὀνόμασιν.* —

36) 71, A. *κα υτο δέ φησι, καθὸ κτέ.* Bekkerus: „mox in Cod. est *καυτο*, qualia et alibi fideliter dedimus, ubi non suppetebat certa emendatio.“ Sed nobis quidem certissima videtur *καὶ τοῦτο δέ φησι*: nam etiam h. l. novum aliquid adiungitur, quod solet fieri particulis *καί — δέ*. cf. synt. p. 25, 2. p. 51, 16. p. 134, 4. p. 207, 3. de adv. p. 540, 21. p. 542, 26. —

Ibid. B. *καὶ Πλάτων ἦ δ' ὅς. Καὶ δῆλον ὡς ἀπ' αὐτῆς καὶ ἡ ὅδε παρῆκται καὶ ἡ οὗτος, ὅδε προςέειπεν ἀντὶ τοῦ οὗτος· ὅδ' ἐρεύγετο οἰνοβαρείων· ᾧ λόγῳ καὶ ἀπὸ τοῦ τηλίκος τηλικοῦτος, τηλικόςδε.* Verba parum emendata: in exemplis enim quae sunt interposita, non *ὅδε* legendum sed disiunctis partibus *ὁ δέ*, ut legitur in priore versu p. 5, A. et p. 9, A. Equidem scripserim: *καὶ Πλάτων ἦ δ' ὃς ἀντὶ τοῦ οὗτος. καὶ δῆλον ὡς ἀπ' αὐτῆς καὶ ἡ ὅδε παρῆκται καὶ ἡ οὗτος· ᾧ λόγῳ καὶ ἀπὸ κτέ.* Quid enim opus est exemplis in re tristissima? et aptius ita cohaerent *παρῆκται — ᾧ λόγῳ καί —*.

37) p. 72, A. *Καὶ οὐκ ἀντέκειτο τὸ οὕνεκα, ἐπεὶ ὅσα τὸ τ̄ προςλαμβάνει ταῦτα ἀφαιρέσει τοῦ τ̄ δασύνεται, τόσος — ὅσος, καὶ ἐπεὶ τούνεκα, οὕνεκα δασέως.* Sic enim *τούνεκα* scribendum esse, non *τοὔνεκα*, ut est apud Bekk., ex tota disputatione grammatici apparet et monuit Lobeckius ad Soph. Ai. 123. Recte igitur Bekk. de synt. p. 112, 2. *δασύνεται δὲ οὕνεκα διὰ τὸ τούνεκα* sine coronide scripsit. Sed est etiam alterum *τοὔνεκα*, cui Apollonius signum illud imposuisse videtur. Nam de coni. p. 503 sq., quantum ex loco vitiato ac lacunoso colligi potest, duas voces relativas distinxit. Et alterius quidem, coniunctioni *ἀνταποδοτικὸν**) *τούνεκα* sine coronide scribendum esse, non temere nobis coniicere videmur: hanc enim vocem simplicem esse censuit, quia *τὰ ἐν ἀνταποδόσει τοῦ τ̄* (fortasse *προςλήψει τοῦ τ̄*) *πάντα ἁπλᾶ καθειστήκει* (p. 503, 11.) cf. p. 504, 5. *ῥητέον οὖν ὡς ὅτι τὸ*

*) Krueger. Gr. Gr. p. 81. ed. pr. quae nunc vocatur correlativa Graeco verbo dixit *ἀνταποδιδόμενα*. Sed Apollon. vocabulis *ἀνταπόδοσις*, *ἀνταποδοτικόν* de solis demonstrativis usus est. cf. de coni. p. 503, 10. 21. 25. p. 504, 15. p. 511, 23. —

οὕνεκα, ἴσην δύναμιν ἔχον τῷ ὅτι, οὕνεκα τὸν Χρύσην, οὕνεκ' ἄρ' οὐχ ᾧ πατρί, ἁπλοῦν καταστήσεται. Alteram vero p. 504, 9. dicit esse *ἐν παραθέσει δύο μερῶν λόγου, ὅτε δηλοῖ τὸ οὗ ἕνεκα.* Sequuntur deinde duo exempla Homerica Il. 9, 505. *ἡ δ' ἄτη σθεναρή τε καὶ ἀρτίπος, οὕνεκα* (quam ob rem) *πάσας πολλὸν ὑπεκπροθέει* et Od. 3, 60. *δὸς δ' ἔτι Τηλέμαχον καὶ ἐμὲ πρήξαντα νέεσθαι, Οὕνεκα* (i. e. *τοῦτο οὗ ἕνεκα*) *δεῦρ' ἱκόμεσθα*: in quibus vocabulum alio sensu dictum esse apparet atque in iis, quibus *οὕνεκα* idem significat quod *ὅτι*. Et huic quidem *οὕνεκα* negat fuisse *ἀνταποδοτικὸν τοὔνεκα* quia *τὰ ἐν ἀνταποδόσει ἐν ἁπλοῖς καθίσταται. Καθ' ἕκαστον γὰρ ἡ παράθεσις ἐγένετο τῶν μορίων, ὥστε παρὰ μὲν τὸ οὗ οὕνεκα γίνεσθαι, παρὰ δὲ τὸ τοῦ τοὔνεκα.* Tum acutum horum vocabulorum recte se habere ostendit: sed quae sequuntur plena sunt lacunarum. Hoc igitur *τοὔνεκα*, quod ex *τοῦ ἕνεκα* factum est, coronide signatum esse arbitror. — Sed iam redeamus unde digressi sumus. Apollonius si de pron. l. l. *ὅσα τὸ τ̄* ait *προςλαμβάνει, ταῦτα ἀφαιρέσει τοῦ τ̄ δασύνεται, τόσος — ὅσος*, vix ipse dixerit, utra forma ex altera sit nata, et verba ipsa, si singula vel in populari trutina examines, fere sensu carent. Iam ex h. l. igitur apparet, quam difficile sit disputare *περὶ προςθέσεως* et *ἀφαιρέσεως* litterarum.

38) p. 73, C — 74. de formis *ἐκεῖνος* et *κεῖνος* disputatur. Apollonius non assentitur iis, qui vocalem primam abundare dicunt, sed argumenta non ita disposuit, ut singula singulis adversariorum respondeant. Ter rem aggressus est ita, ut primum cur non abundare videatur vocalis ostendat, tum spiritum lenem defendat. Quarto (p. 75, A.) de solo pleonasmo agit. Sic, quamquam oratio primo adspectu satis turbata est, omnia facile intelligi posse videntur, dummodo quatuor fere versus p. 74, A, 8 — B, 2. (*αἱ ἀφαιρέσεις — δασύνεται*) eieceris, in quibus nihil est, quod ad hanc quaestionem pertineat. Fortasse verba illa ab alio adscripta sunt, quum multa h. l. videret dici de aphaeresi. Tum p. 74, A, 4. pro *ψιλοῦταί τε πρὸ τοῦ κ̄ ἔκτασις καὶ ἐκτὸς* scribendum puto *ψιλοῦται τὸ ε̄ πρὸ τοῦ κ̄*. Sic haec quoque sententia, ut reliquae omnes *ἀσυνδέτως* apposita.

39) p. 77, A. *οὐκέτι δὲ καὶ ἡ αὐτὸς εἰς τὸ ἐκεῖνο.* Nonne legendum *εἰς τὸ ἐκεῖνος*, ut B, 2.? Neque enim haec comparari possunt cum iis, quae Lehrs. attigit quaest. ep. p. 325. sq. Sed articulum adaptavit proximae voci p. 109, B. ubi bis legitur *τὰ δύο. τὸ γὰρ κρινθέντε δύω καὶ πεντήκοντα πρὸς τὰ δύο* et *τί οὖν οὐχὶ καὶ τὰ δύο ἐφ' ἑνὸς τάσσεται.*

40) p. 79, A. *ἀλλὰ νοεῖν ὅπως — φυλάσσηται.* Lehrs l. l. p. 125. corrigit *ἀλλ' ἀνιέναι ὅπως*. Quae coniectura quamvis valde sese commendet, tamen eam non receperim, quum *ὅπως* numquam apud Apoll. in sententiis finalibus, quae quidem sunt frequentissimae, inveniatur, sed semper *ἵνα*. Sed concedendum est, *ὅπως* omnino bis tantum apud Apollonium legi, et quidem in libro de pron. l. l., tum de coni. p. 518, 3. *ἔτι ὁ δὲ σύνδεσμος ὅπως παραλαμβάνεται καὶ ἐπὶ ποίᾳ δυνάμει ἐκτεθείμεθα.* —

Ibid. C. pro *αὐτάρετος*, voce non Graeca, lege *αὐθαίρετος* vel, quod est de coni. p. 504, 3. *αὐτάρεσκος*. —

41) p. 81, C. *ὁμοφωνοῦσα αὕτη* (sc. *ἐμοῦ*) *κτητικῇ τῇ ἀπὸ τῆς ἐμός.* Nonne potius *γενικῇ τῇ ἀπὸ τῆς ἐμός* vel *γενικῇ τῇ ἀπὸ τῆς ἐμὸς κτητικῆς*?

42) p. 82, A, 5. *Λείπεται διαλαβεῖν, δι' ἣν αἰτίαν ἡ ἐμαυτοῦ σύνθετος μεταλαμβάνεται εἰς τὴν ἐγκεκλιμένην, οὐκέτι δὲ εἰς τὴν ὀρθοτονουμένην.* Haec de genitivo possessivo accipienda esse, et exemplum docet, quod sequitur, *πρὸς ταῖς ἐμαυτοῦ νῦν θύραις*, et quae leguntur p. 88, A. *μετάξαντες γοῦν* (sc. *τὸ ἑαυτοῦ*) *εἰς τὴν ἐγκεκλιμένην φαμὲν δοῦλόν μου ἔπαισα.* Et possessivi loco si ponitur genitivus compositi pronominis, non ad subiectum sententiae videbatur referri, sed *ἐπὶ ἕτερον πρόσωπον συντείνειν* (p. 86, A.): unde etiam commutari poterat cum encliticis genitivis, nisi quod hi non erant discretivi. (cf. 82, B.) Tum pergit *εἰ δὲ ἐντελῶς ἐδείχθη, ὡς αἱ ὀρθοτονούμεναι τῶν ἀντωνυμιῶν, ὅτε τὴν τοῦ ῥήματος διάθεσιν ἐφ' ἕτερον οὐκ ἔχουσι πρόσωπον συντείνουσαν, πάντως εἰς σύνθετον μεταλαμβάνεται, ὁμόλογον ὡς ταῖς ἐπὶ τοῦ πρώτου καὶ δευτέρου ταὐτὸν παρακολουθήσει.* Haec displicent: fortasse post *τῶν ἀντωνυμιῶν* exciderunt *τῶν κατὰ τὸ τρίτον*: de quibus egit p. 52, 6. sq. et maxime huc pertinent, quae p. 56. leguntur, ubi pronomina pr. et sec. personae opponuntur tertiae.

Ea vero quae sequuntur (82, B, 7.) prorsus absurda, ut nunc quidem leguntur: *περισσὸν ἄρα ζητεῖν, διὰ τί αἱ σύνθετοι μεταλαμβάνονται εἰς ἁπλᾶς ὀρθοτονουμένας.* Scribe *διὰ τί αἱ σύνθετοι οὐ μεταλαμβ.* Redit enim his verbis Apoll. ad quaestionem supra (p. 82, A, 5.) propositam: neque opus esse dicit quaerere, cur composita non commutentur cum orthotonumenis: haec enim ob id ipsum transiisse in formam compositam, ut transitiva (Prisc. T. I, p. 573.) *τὰ μεταβατικά* distinguerentur ab intransitivis (*τοῖς ἀνταναχλωμένοις*). Aliis locis omissam negationem iam Bekkerus revocavit: p. 35, B, 10. p. 36, C, 2. (*τί γὰρ οὐ μᾶλλον.* Eodem modo legendum de synt. p. 337, 2.) p. 99, B, 5. p. 134, A, 8. (ubi *οὐδέ* post *ὀρθῶς* addendum) p. 139, A, 7. At non deest p. 100, C., ubi Apollonius, quum eos qui casus obliquos pron. *αὐτός* apud Homerum spiritu aspero pronunciantes de prima et secunda persona accipere voluerunt, duas ob causas vituperandos esse dixit, haec addit: *καὶ εἰ μὲν τρισυλλάβως ποτὲ εἴρητο, κἂν ἦν συμφανὲς ἁμάρτημα.* Quae ita interpretor: si formae ternarum syllabarum, *ἑαυτῶν, ἑαυτούς*, de pr. et sec. persona apud Homerum legerentur, contra personas peccatum esse appareret: (*ἁμάρτημα* enim eo sensu dictum est, quo *ἁμαρτάνεσθαι* p. 100, B, 6. et p. 34, B. cf. etiam p. 41, A. —) Bekkeri emendationem *οὐκ ἂν ἦν συμφανὲς τὸ ἁμάρτημα* non satis intelligo: articulum solum receperim. — *Μή* excidit p. 102, B, 10. p. 143, A, 4. Idem vocabulum restituendum videtur p. 94, B. Quaeritur illo loco, num forte *ἐγὼ αὐτός* nominativus sit genitivi *ἐμαυτοῦ*: id vero fieri non posse, quod propter *αὐτοπάθειαν* pronomina composita recepta sunt, haec autem in casibus tantum obliquis locum habeat. Itaque *οὔτε ἐν συνθέσει οὖν εὐθείας ἔχουσιν, οὔτε ἡ ἐμαυτοῦ γενική ἐστι τοῦ ἐγὼ αὐτός. ἐγὼ γὰρ αὐτὸς ἤκουσα καὶ κατὰ τοῦ αὐτοῦ προσώπου μετοχῆς ἐπιφερομένης, ἐμοῦ αὐτοῦ ἀκούσαντος ὡς Ἀρίσταρχος εἶπεν, Ἀριστάρχου εἰπόντος. οὐκ ἔστι δέ τις εὐθεῖα ἡ ἔχουσα γενικὴν συντασσομένην τῷ αὐτῷ ῥήματι.* Ego pro *ἡ ἔχουσα* lego *μὴ ἔχουσα* i. e. non est nominativus, cuius genitivus non possit componi cum eodem verbo: id vero de participio accipiendum esse exempla quibus usus est ostendunt. Si igitur *ἐγὼ αὐτός* nominativus esset genitivi *ἐμαυτοῦ*, dici etiam liceret *ἐμαυτοῦ ἀκούσαντος*, quod nemo unquam dixit. Priscianus qui T. I. p. 575. verba Apollonii respexit grammaticum non intellexit: dicit enim: nec potest esse nominativus, cuius etiam obliqnus eidem verbo possit sine tran-

sitione vel reciprocatione adiungi, ut ego scribo, mei autem scribo dicere non possumus. —

Sed nonnunquam etiam adverbium negativum praeter necessitatem additum turbas movet: sic de synt. p. 165, 23 sq. *ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ τοιοῦτον ἔστι φάναι ὡς πᾶσα ἀντωνυμία τότε ἄλογος γίνεται κατὰ τάσιν, ὅταν τὸ δισσὸν τοῦ τόνου οὐ δυναμένη ἐπιδέξασθαι παρὰ τὸ δέον τοῦ τόνου ἐναλλαγῇ* delendum est *οὐ*, quod e proxima syllaba natum est: id quod e sequentibus apparet. (cf. etiam de pron. p. 125, A, ubi apud Hesiodum *σφίν*, quod sententiam incipiat, *εὐλόγως ὀρθοτονεῖσθαι* dicitur: si recte de synt. l. l. *οὐ δυναμένη* se haberet, dicendum fuisset *ἀλόγως*.)

43) p. 84, A. quae de *οἰκόνδε* dicit Apollon. non consentiunt cum iis, quae de adv. p. 592, 17. sqq. (vid. Lehrs. quaest. p. 40. sq.) de ea re praecipit. Quum enim illo loco duo esse vocabula dicit, quae notionem quidem adverbiorum habeant, sed formam adverbii non habeant, de pron. l. l. in alia omnia discedit: ait enim: *τὸ οἰκόνδε — τὸ αὐτὸ τέλος ἐφύλαξε τῆς αἰτιατικῆς* (genit. non est sollicitandus.) *ἀλλ' οὐ τὸ αὐτὸ μέρος λόγου.* Quod si Lehrs. l. l. difficultatem quae est in his verbis nondum se superasse dicit, me profecto non dedecebit idem de me profiteri: nisi forte Apollonius quam in libro de pron. de his proposuit sententiam, eam in recentioribus libris retractavit. Nam etiam Apollonio accidere potuisse, quod ceteris mortalibus fere quotidie accidit, ut sententiam mutaret, nemo opinor negabit: et ipse id de se dicit de synt. p. 231, 15. *οὐ λέλησμαι ὡς ἐν ἑτέροις συμφερόμενός τισι τὴν ὁριστικὴν ἔγκλισιν παρεδεχόμην ὡς πρωτεύουσαν τῶν ἄλλων. ἀλλ' οὖν γε ἡ ἀκριβὴς ἐξέτασις τοῦ κατηνάγκασε τὸ μεταθέσθαι.* Sed ne *ἀσύμβολοι* de hoc loco discedamus, quae de synt. p. 333, 25. sq. de ea re leguntur, emendabimus: *παρεστήσαμεν καὶ ἀλλαχόθι ὡς τὸ οἶκον δέ, Οὔλυμπον δέ, τὰ τούτοις ὅμοια, δύο μέρη λόγου καθεστῶτα εἰς σύνταξιν μίαν ἐπιῤῥήματος παραλαμβάνεται, κἀκεῖνο προςδιασαφήσαντες, ὡς αἱ προθέσεις ἀντὶ συνδέσμων παραλαμβάνονται. οὐ βίαιον καὶ τὸν σύνδεσμον ἀντὶ προθέσεων ἀνθυπάγεσθαι.* Hiare extremam orationem iam Portus vidit, qui post *βίαιον* addidit particulam conclusivam *οὖν* (Sylb.): sed facilior est emendatio, si legimus: *προςδιασαφήσαντες ὡς εἰ αἱ προθέσεις — παραλαμβάνονται, οὐ βίαιον κτέ* (cf. de adv. p. 594, 13.) Eadem particula restituenda est de synt. p. 192, 19., ut pro *καὶ* legas *κεἰ τὸ ἐν πρώτῳ προςώπῳ παραλαμβανόμενον ὄνομα μὲν οὐ δύναται εἶναι, ἀντωνυμία δὲ σαφὲς ὅτι κτέ* — : et additum est in Cod. A. supra *καὶ* a rec. manu *εἴ*. Similem emendandi viam ingressus est Bekk. de pron. p. 115, B. *ὅθεν ἡ νῶϊ καὶ σφῶϊ καὶ ἐπ' αἰτιατικῆς πάντως κατὰ τὸ τρίτον*, ubi scribendum esse recte vidit *ὅθεν εἰ νῶϊ κτέ.*

44) p. 89, A. *ἐμερίζοντο γοῦν αἱ μὲν σύνθετοι τῶν πλαγίων εἰς τὰ αὐτοπαθῆ, αἱ δ' ἁπλαῖ εἰς τὰ ἀλλοπαθῆ, ἐμαυτὸν ἔπαισα, ἐμὲ σὺ ἔπαισας.* — Verba *τῶν πλαγίων* non abundant, quamquam composita obliquos tantum casus habent: respicit enim iam oppositum genus simplicium et quaerit etiamnunc, num possint esse alii casus reflexivorum praeter obliquos quos esse constat. Sed in altero exemplo *ἐμὲ σὺ ἔπαισας* nominativus pronominis expungendus est: sequitur enim *τῶν ῥημάτων τὰς εὐθείας ἐν αὐτοῖς δηλούντων.*

45) p. 90, A. pro *ἔνθεν γάρ μοι δοκεῖ* lege *ἔνθεν ἄρα μοι δοκεῖ.* (*ἔνθεν οὖν* est p. 117, B. p. 145, B.)

46) p. 91, C. ἡ πλείων παράθεσις τῆς ἐλάσσονος κανών. ὅθεν εἰ δεκάδυο σχήματα ἐσιγήθη πάσης πτώσεως τέσσαρα δυϊκῶν καὶ πληθυντικὰ πρώτου καὶ δευτέρου προςώπου, δηλονότι γενικῆς καὶ δοτικῆς καὶ αἰτιατικῆς πρὸς τρία πληθυντικὰ τρίτου προςώπου, γενικῆς, δοτικῆς, αἰτιατικῆς, πῶς οὐχὶ παράλογα τὰ τρία πρὸς τὰ δώδεκα. — Quaeritur num formae plurales tert. pers. ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς, ἑαυτοὺς recte descenderint a singulari, prima et secunda persona similibus formis iure careant. Et cetera quidem satis sunt perspicua, sed quomodo numeri (δεκάδυο, τέσσαρα, τρία) constent, non satis apparet. Nam si aut pro δυϊκῶν legis δυϊκὰ aut πληθυντικῶν pro πληθυντικά, ut verba πρώτου καὶ δευτέρου non minus ad dualem referantur, quam ad pluralem, si porro genitivos et dativos dualis numeri, quamquam una est eorum forma, seorsum numeras, recte quidem efficiuntur duodecim casus, sex dualis numeri et totidem plurales, qui in usu non fuerunt, recte se etiam habet numerus quaternarius: id vero mirum est, quod duodecim illis formis (p. 91, C, 9. et p. 92, A, 1.) tres tert. personae opponit, non sex, quum eodem iure commemorandae fuerint tres formae dualis numeri eiusdem pers., quas in usu fuisse veri est simile. Si vero servata Cod. lectione de omnibus omnium personarum formis dualis numeri agi existimas, ut genitivi et dativi forma una sit, genitivos autem πρώτου καὶ δευτέρου ad solum πληθυντικὰ refers, reliqua quidem omnia satis sunt expedita, sed quid sibi velint πάσης πτώσεως τέσσαρα vix dixeris. Quae quum ita sint, priorem interpretationem praeferendam esse arbitror, ut Apollonius minus accurate locutus esse et solum pluralem tert. pers. cum utriusque numeri formis pr. et sec. pers. comparasse videatur.

47) p. 92, B. παρὸν δὲ ἐξετάσαι καὶ διὰ λόγου τὸ ἀληθές. ἀπὸ ἑνικῶν συνθέσεων πληθυντικαὶ ἐκφοραὶ γίνονται κατὰ τὸ τέλος, ἀνδροφόνος — ἀνδροφόνοι, ἑνδέκατος — ἑνδέκατοι. ὅθεν καὶ ἀπὸ τοῦ ἑαυτὸν τὸ ἑαυτοὺς πεσεῖται· (de verbo πίπτειν cf. de synt. p. 110, 19. πάλιν οὖν τὸ τούτων ἔπιπτεν ἀπὸ γενικῆς πρωτοτύπου τῆς τῶν) οὐδὲν γὰρ κωλῦον τὰ προκείμενα εἰς πλῆθος μετάγειν. Iam p. 91, C, 1. Apollonius coeperat examinare argumenta eorum, qui contra Aristarchum defendebant formam ἑαυτούς (de synt. p. 181, 7. Habro nominatur): his verbis παρὸν δὲ ἐξετάσαι accedit ad id, quod p. 91, B, 1. primo loco positum erat. Id argumentum h. l. repetitur verbis ἀπὸ ἑνικῶν συνθέσεων — πεσεῖται. Haec igitur ex aliorum mente dicta esse apparet: sed iure mireris, id non significari externa aliqua nota, ut interposito verbo φασί. Iam verbis οὐδὲν γὰρ κωλῦον κτὲ adversarios redarguere coepit: sed displicet coniunctio γάρ, quae si omnia sana sunt, ad sententiam durius omissam referenda est: Ἀλλ᾽ εὐαπόλυτον τοῦτο· οὐδὲν γὰρ κωλῦον: nisi forte ἀλλ᾽ οὐδὲν κωλῦον legendum sive ἀλλ᾽ οὐδὲν γάρ. Verba autem τὰ προκείμενα non de iis vocabulis, de quibus h. l. agitur ἑαυτοῦ, ἑαυτόν, accipienda sunt, sed de ἀνδροφόνος, ἑνδέκατος. —

48) p. 94, A. De nominativo reflexivorum Apoll. egit p. 88, C — 90, C: sequitur deinde disputatio de pluralibus ἑαυτῶν, ἑαυτούς p. 90, C — 93, A: postremo disserit de neutro singul. numeri. Quid est igitur, cur rursus relapsus est ad quaestionem de nominativo, praesertim quum iam p. 89, B. dixerit: περισσὸν οὖν ἐστὶ ζητεῖν εὐθεῖαν τῶν προκειμένων πτώσεων? Fortasse quae h. l. leguntur p. 90, C. sunt inserenda.

49) Ibid. A, 5. ἅπαξ γὰρ ἐδείχθη, ὡς ἕνεκα τῶν αὐτοπαθῶν ἀντωνυμιῶν τὴν σύνθεσιν ἀνεδέξατο, ὅπερ ἐν μόναις πλαγίοις ἑωρᾶτο, οὔτε ἐν συνθέσει οὖν εὐθείας ἔχουσιν. Lege: ὡς ἕνεκα τῶν αὐτοπαθειῶν (pluralis αὐτοπάθειαι est p. 145, A. 1.) αἱ ἀντωνυμίαι τὴν σύνθεσιν ἀνεδέξαντο.

50) p. 98, B. ἑοῦ. αὕτη τῇ τεοῦ ἀκόλουθος, ἀποβολῆς γενομένης τοῦ κατ᾽ ἀρχὴν συμφώνου. εἴρηται (p. 96, B.) κατ᾽ ἀρχὴν περὶ τοῦ πλεονάσαντος ε κατὰ τὸ δεύτερον πρόςωπον. Alterum κατ᾽ ἀρχήν aut ex superioribus vitiose est repetitum, aut post περὶ τοῦ ponendum.

51) p. 101, A. ἁπλῆ ἐστὶ, λείπουσα ἐθίμως αὐτῷ τῇ ἡμῶν. — Αὐτῷ de Homero dictum, cuius de usu agitur, quamquam ipse antea non est nominatus. cf. de pron. p. 102, C. εἴγε ἀσύνθετος — ἡ τῶν ἀντωνυμιῶν χρῆσις παρ᾽ αὐτῷ. p. 139, B. τὸ μέντοι ἀλλ᾽ αἰεὶ φρεσὶν ἧσιν ἔχων — εὐλόγως ὑπ᾽ Ἀριστάρχου ὑπωπτεύετο ὡς νόθον, καθὸ ἀδιάπτωτος ἐν ἀντωνυμίαις: rursus de Homero. Sic etiam quae sunt de synt. p. 6, 2. interpretamur: πόθεν Ἀρίσταρχος οὐκ ἔλεγε μὲν πλεονάζειν τὸ ἄρθρον, περιέγραφε δὲ ὡς ἐλλείποντος τοῖς ἄρθροις sc. τοῦ ποιητοῦ. p. 141, 14. συνηθέστερόν πως ἐλλειπτικός ἐστι (v. Bekk.) de adv. p. 598 im. οἶμαι δὲ ὅτι εἰ κατάπυκνος εἰς τὸν τοιοῦτον σχηματισμόν ἐστι. — Verbi λείπειν cum dativo iuncti exempla sunt frequentissima: cf. de synt. p. 5, 23. p. 117, 21. p. 141, 20. — Dativus autem αὐτῷ non satis placet, et nescio an sit legendum παρ᾽ αὐτῷ. —

Extrema denique pagina (C, 5.) scribendum est: εἴγε καὶ τὸ ἀκριβὲς τῆς ἀναγνώσεως κατὰ αὐτὸ τὸ τοῦ ποιητοῦ (non ut editum est τῶν ποιητῶν) σύνηθες ἐξετάζεται. cf. de synt. p. 78, 11. καὶ γὰρ ἐπ᾽ ἄλλων τὸ δέον ἦν παραδέξασθαι καὶ τὸ σύνηθες προὐκρίνετο. (sc. Homerus.)

52) p. 104, A. αἱ γὰρ ὀξυνόμεναι βραχυκατάληκτοι, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον τὸ ἐμὶν Δώριον ἀνάλογον. Etiam p. 69, B. dativos qui in ιν exeunt ultimam corripere dicit: τύνη, cuius penultima longa, factum est e brevi τύ: ἴσως δὲ καὶ αἱ διὰ τοῦ νη τείνουσι τὴν παραλήγουσαν· ἰδοὺ γὰρ καὶ ἀπὸ τοῦ ἐμὶν ἐμίνη καὶ τὶν τίνη. Ahrens (T. II. p. 252.) neglectis his locis terminationem ιν apud Dorienses non minus in dativo singulari ancipitis mensurae esse dicit quam in plurali.

53) p. 106, B. ἔστι καὶ ἡ ἑὶν ἀπὸ τῆς τεὶν παρὰ Ἀντιμάχῳ καὶ Κορίννῃ, ἐπὶ δοτικῆς ἔσθ᾽ ὅτε παραλαμβανομένη. Recte Bekk. αἰτιατικῆς. Nam quod Mehlhorn. Gr. Gr. p. 232. dicit, vera si esset Bekkeri emendatio, Apollonium formam illam commemoraturum fuisse ubi de accusativo agat, refellitur iis quae de συζύγῳ forma τεὶν dicuntur p. 105, B. τίθεται παρὰ Κορίννῃ καὶ ἐπ᾽ αἰτιατικῆς. Sed vide ne l. l. ita scribendum sit: ἔστι καὶ ἡ ἑὶν ἀπὸ τῆς τεὶν, (commate post τεὶν posito) παρὰ Ἀντιμάχῳ καὶ Κορ. (καὶ?) ἐπ᾽ αἰτιατικῆς ἔσθ᾽ ὅτε παραλ. —

54) p. 107, A. In Apollonii libris Bekk. semper scripsit ἕε, ἕοι, ἕου, sed in editione carminum Homericorum grammatici auctoritati obsecutus recte accentum in extrema syllaba posuit. De re ipsa dubitare non possumus, si quae h. l. leguntur accuratius consideramus. (cf. Mehlhorn. l. l. p. 232. n. 9.) — De verbis εἴγε οἱ πλεονασμοὶ τοὺς τόνους τηροῦσι cf. Lobeck. Rhemat. p 188. —

55) p. 108, A. Pindarus, Bacchylides νὶν de pluribus dixerunt: ὁ δὲ πλάνος τῆς τοιαύτης ἀφορμῆς ἴσως ἐῤῥύη ἐκ τοῦ. — Mire dictum: legitur quidem ἴσως

ἀφορμὴ ἐκ τοῦ ἀναβιβάζεσθαι p. 14, B. ἡ ἀφορμὴ ἐκ τῶν ὑποτακτικῶν ἄρθρων
p. 140, B: sed quod cum illis comparari posset, non inveni. Aut liberius haec
dicta sunt pro ἡ ἀφορμὴ τοῦ τοιούτου πλάνου aut scribendum: ὁ δὲ πλάνος ἴσως
ἐῤῥύη ἐκ τῆς τοιαύτης ἀφορμῆς. Facillimam emendationem ut ἐφορμῆς legamus
pro ἀφορμῆς non audeo commendare, quum nomen ἐφορμῆς hoc sensu dictum esse
exemplis ostendere nequeam.

56) p. 110, B. οἰκεία τε πτωτικῷ ἡ διὰ τοῦ ω ὀξεῖα τάσις. Alibi ita non
loquitur Apollonius: fortasse scribendum est: οἰκεία τε τῷ πτωτικῷ τῷ διὰ τοῦ ω
ἡ ὀξεῖα τάσις.

57) p. 111, B. ἀλλ' εἰ διαίρεσις (i. e. si νῶϊ et σφῶϊ per diaeresin facta sunt
ex Atticis νὼ et σφώ) ἑνὸς ὄντος τοῦ ω· καὶ τοῦτο ἀσύστατον. πρὸ γὰρ τοῦ ω
τὰ τοιαῦτα, καὶ οὐδέποτε διὰ τοῦ ι, νυμφέων, μουσέων, ὀρέων. ἀλλ' ἴσως ἐν τῇ
κατὰ διάστασιν διαιρέσει ἐστὶν, ὡς κόϊλος, πάϊς. Duo discernit diaereseos
genera, alterum ut μουσέων, ὀρέων, si ex una vocali factae sunt binae*): alte-
rum, si diphthongus in sua dissolvitur elementa (ἡ κατὰ διάστασιν διαίρεσις), ut
κοῖλος — κόϊλος. Ἀδιάστατος autem (p. 111, A, 3.) diphthongus est, si ex simplici
vocali assumta littera ι facta est, κεινή, δείους. Hanc ipsam ob causam Aeolica
vocabula τάλαις, μέλαις (vide Choerobosc. in Bekk. editione Apoll. de synt. p. 350.)
diphthongum dirimere non potuisse existimamus, quamquam nominis ὄνοιρος alia
est ratio. Sed de hac re Lehrsius in editione Herodiani, quam virum doctissi-
mum propediem harum litterarum studiosis traditurum esse speramus, accuratius
nos docebit.

58) p. 112. Num Atticae formae νὼ et σφὼ primariae, νῶϊ autem et σφῶϊ ex
iis factae sint, Apollonio non satis constat sed inclinare videtur (cf. p. 112, B.)
animus eius, ut monosyllaba pronomina e longiore forma per apocopen facta esse
existimet: cur vero acutum receperint, quum formae apocopatae accentum servare
soleant, pluribus docet l. l. B, 5. sq. Neque diversa de his pronominibus statuit
de coni. p. 491, 9. sq. ἦν γὰρ [ἂν περισ]πώμενος, εἴγε ἡ βαρεῖα ἀποκοπτομένη τὸν
[αὐτὸν] τηρεῖ τόνον τῷ ὑπολειπομένῳ, δῶμα δῶ. καὶ [ἕνεκά] γε τούτου τὴν νῶϊ
ἀντωνυμίαν, μονοσύλλαβον [εὑρισκομέ]νην παρ' Ἀττικοῖς ἐν τῷ νώ, οὔ φαμεν
ἀποκεκόφθαι. εἴπερ ἀποκοπὴ ὑφ' ἑτέρου λόγου τὰ τοῦ τόνου [μετ]ετέθη. οὐ τὴν
ἀπόδειξιν ἐν τῷ περὶ ἀντωνυμιῶν ἐξε[θέμ]ην. Id enim dicit: si in formis quae per
apocopen decurtatae sunt accentus rationem habemus (ἕνεκά γε τούτου) negare de-
bemus, νὼ factum esse e νῶϊ: si vero est, ἀποκοπή, ὑφ' ἑτέρου λόγου τὰ τοῦ
τόνου μετετέθη. Sic enim fere locum restituendum esse existimamus: εἰ δὲ ἀπο-
κοπή, ὑφ' ἑτέρου κτέ: quae Bekkerus habet, intelligi nequeunt. Etiam prima verba
εἴγε ἡ βαρεῖα ἀποκοπτομένη τὸν αὐτὸν τηρεῖ τόνον τῷ ὑπολειπομένῳ, δῶμα
δῶ non libera sunt vitio: equidem scribo: τὸν αὐτὸν τηρεῖ τόνον ἐν τῷ ὑπολ. i. e.
in ea vocabuli parte quae reliqua est, vel τοῦ ὑπολειπομένου, ut est de pron.
p. 84, A. τὸ αὐτὸ τέλος ἐφύλαξε τῆς αἰτιατικῆς.

*) Tenendum est enim grammaticos dialecticas formas diiudicasse ex communibus (p. 112, B.
καθὸ καὶ αἱ ἄλλαι ἔχονται ἀφορμῆς τῶν κοινῶν), ut p. 121, A, 6. ἡμέων distractum dicitur, et νυμ-
φέων p. 123, A, 3., ἡμέας p. 126, C, 1., σφέας p. 128, A. Nos quasi fabricae verborum assederimus,
vulgo contraria praecipere solemus. Sed vide de tota hac re Lobeck. Rhemat. p. 187. sq. —

59) p. 113, B. Σφῶε. Αὕτη αἰτιατικὴν μόνην σημαίνει, τίς τάρ σφωε θεῶν. καὶ ἐπεὶ σύνηθες Ὁμήρῳ τὸ δισυλλαβεῖν κτέ. — Pro δισυλλαβεῖν equidem scripserim δισυλλαβοῦν. Tum σφῶε errore typothetarum scriptum est barytonos: idem accidit dativo σφῶϊ de pron. p. 114, C, 4. p. 116, C, 3. et de synt. p. 169, 5. Nam Apollonium certe pronomina illa semper hoc accentu scripsisse persuasum habeo. cf. p. 47, B. p. 48, C. p. 115, C. — Sed etiam graviores hoc in loco, qui est de duali tert. pron. pers., moventur dubitationes, quum rursus, ut nr. 43. vidimus, Apollonius a se ipso dissentire videatur. Nam duae quum essent grammaticorum sententiae de origine dualis numeri pronominum sec. et tert. personae, alii enim tertiam inclinatione tenoris e secunda, alii contra hanc e tertia factam esse existimabant, Apollonio in libro de pron. neutra probatur opinio. Et illos quidem, qui e secunda persona originem duxisse dicebant, p. 115, A et C. recte monet nullum pronomen mutato accentu mutare personam: σφωῒν igitur θέμα ei est ἴδιον ὀξύτονον, non ἔγκλιμα τῆς σφῶϊν. Et cum his consentiunt quae de synt. p. 168, 5. dicit: ἵνα μὴ ἡ αὐτὴ οὖσα φωνὴ παρὰ τὴν ἔγκλισιν προσώπου μεταβατικὴ γίγνηται, ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐπινοῆσαι ἐν ἀντωνυμίαις παρεπόμενον· αὐτὸ γὰρ μόνον ἀνύεται τὰ πρόσωπα καὶ ἐπιτείνεται, οὐ μὴν ἐναλλάσσεται. Sed etiam secundam personam dualis numeri non e tertia natam esse, quod iis videbatur qui litteras σφ tertiae pers. proprias esse putabant, argumentis satis idoneis docet de pron. p. 116, B. Iam audi quae de eadem re de synt. p. 169, 9. dicit: καὶ εἰ τἀκριβές τις ἐπιστήσειεν, εἴσεται ὡς ἐπὶ τοῦ δευτέρου προσώπου δυϊκαὶ δεόντως ἐξέλιπον, αἱ δὲ τοῦ τρίτου καὶ εἰς τὸ δεύτερον μετατιθέμεναί εἰσιν, εἴγε πᾶσα ἀντωνυμία διὰ τοῦ σφ ἐκφερομένη μόνως τρίτου ἐστὶ προσώπου ...... καὶ οὕτω καὶ τὰ τῆς τάσεως ἐπεμερίσθη κτέ. — Haec qui mihi dixerit quomodo in concordiam redigi possint cum iis quae de pron. p. 115, A. C. p. 116, B. et de synt. p. 168. legimus, eum vel ad gravissimas rixas componendas aptissimum habebo. Nec deest causa litigandi. Nam de pron. p. 114, C, ubi Tryphonem refellit, qui σφωὲ et σφωῒν e σφὲ et σφὶν epenthesi vocalis ω facta esse existimabat, σφὶν dicit dativum esse, σφωῒν genitivum et dativum. Eadem praecipit de synt. p. 183, 22. ἔστι γὰρ (sc. δυϊκὴ γενικῆς πτώσεως) καὶ ἕνεκα τῆς φωνῆς καὶ ἕνεκα τοῦ σημαινομένου. Et ita nos a pueris didicimus. Quid est igitur, quod de pron. p. 116, B, 10. (cf. p. 141, B.) σφωῒν solius dativi formam esse contendit et, ubi genitivi notionem habere videatur, ἐν σχήματος ἔθει pro patrio casu poni dicit? (p. 117, A. καὶ δῆλον ὅτι (in versibus Hom. quos attulit) δοτικαί εἰσι καὶ εἰς γενικὴν μεταλαμβάνονται, ὡς ἐν σχήματος ἔθει, ὁμοίως τῷ Ἀχιλῆϊ δαμασθείς κτέ.) — Equidem quum dualis tert. pers. usus rarissimus esset, ne antiquis quidem grammaticis certum de eo fuisse iudicium existimo, et Apollonium priore loco, quum σφωῒν e similitudine coniunctarum (συζύγων) formarum pr. et sec. personae iudicaret, genitivum et dativum illa forma significari dixisse, altero loco, quum usum Homericum, de quo vid. Krueger. Gr. Gr. II. p. 66., eam soli dativo assignasse.

60) p. 117, A, 7 — B, 3. Καὶ δῆλον ὅτι ἡ κτητικὴ κτέ. Notabilis est locus, quia haec ex aliorum mente dicta esse non prius cognoscimus quam B, 3., ubi legimus ἀλλὰ πρός γε τοῦτο ῥητέον. Maxime vero offendit particula καί, quae, ubi proponuntur aliorum sententiae ut refellantur, ita usurpari non solet.

61) p. 118, A. τῶδε nonnulli properispomenos scripserunt, ut a dativo sing. numeri discernerent et quod βραχείας ἐπιφερομένης ἀδύνατον esset ὀξεῖαν εὑρέσθαι μετὰ μακρᾶς. Alteram causam ita diluit: τί οὖν τὸ εἴθε, αἴθε, ναίχι; οὐχὶ καθὸ ἐπέκτασις τῆς ἀρτίου ὑπερεχούσης τὴν ἐπεκτεινομένην. οὐχὶ οὖν καὶ τὸ τῶδε δὲ νῶϊ τῶν ἐπεκτεταμένων; Interpunctiones mutandas esse apparet: οὐχὶ καθὸ ἐπέκτασις (vel potius ἐπεκτάσεις) τῆς ἀρτίου ὑπερεχούσης τὴν ἐπεκτεινομένην; οὐχὶ οὖν κτέ. Quid igitur εἴθε, αἴθε, ναίχι? nonne ita pronunciantur, quod sunt formae productae, cum integra forma potior sit producta? — In verbis quae proxime sequuntur ὅτι γὰρ ἐπὶ τέλους ἐστίν, (sc. vocalis ω̄) ὅτι ἐπέκταται (sc. pron. ὅδε) δῆλον ὡς ἡ κλίσις ἐντός — particula ὅτι a verbo δῆλον suspensa, altera ὡς causalis videtur esse, quamquam ea significatione vocülam apud Apollonium, quantum memini, non legi.

62) p. 118, B, 4. Quae de nominativis ἡμεῖς, ὑμεῖς, σφεῖς praecipiuntur recte Guil. Dindorfius in Comment. de dial. Herod. p. XX, a. interpretatus est totumque locum bene refinxit. Is enim dissolutas formas ἡμέες, ὑμέες, σφέες ne a veteribus quidem epicis admissas ex Herodoti libris Apollonio auctore (cf. p. 120, A, 2. et ibid. B. ἡ δὲ (sc. εὐθεῖα) ἀδιαίρετος τυγχάνει, πιστουμένη παραδόσει καὶ διαλέκτων ἐκφορᾷ) removeri iubet et verba Apollonii ita scribit: αἱ πληθυντικαὶ καὶ κοινολεκτοῦνται κατ' εὐθεῖαν πρός τε Ἰώνων καὶ Ἀττικῶν, ἡμεῖς, ὑμεῖς, σφεῖς. ἔστι πιστώσασθαι καὶ τὸ ἀδιαίρετον τῆς εὐθείας παρ' Ἴωσιν . . . . . τὸ γὰρ ἐν Εἰδωλοφανεῖ „ὑμέες Αἰόλιον περιχεύετε“ παρὰ Παρθενίῳ ὑπὸ ποιητικῆς ἀδείας παραληφθὲν οὐ καταψεύσεται κτέ. Parthenium autem ὑμέες scripsisse putat, quod carmen illud e versibus heroicis puris compositum esse vellet. Haec in Bekkeri editione ita leguntur: τὸ γὰρ ἐν Εἰδωλοφανεῖ ῾ΥΜΕΕΣ Αἰόλιον. περιχεύετε παρὰ Παρθενίῳ κτέ: quae corrupta esse quivis videt: neque enim Αἰόλιον unquam dixit Apollonius sed Αἰολικὸν et ὑμέες vix Aeolicum vocari poterit. Sed particula καί, quae l. l. bis in exordio sententiae legitur, miror non offensum esse Dindorfium. Et priorem quidem, ut ex antecedente syllaba natam, eiiciendam esse iam supra diximus: altera, quippe quae cum proximo vocabulo τὸ ἀδιαίρετον coniungi nequeat, fortasse locum mutare debebit, ut ἔστι καὶ πιστώσασθαι scribatur.

63) p. 120, A. Apoll. negligentius est locutus: εἰ δὲ οὐ διαιρεῖται (ἡμεῖς) — , φαίνονται τὴν ἐν ὀνόμασιν ἀκολουθίαν ζητοῦντες ἐν ἀντωνυμίαις, ἥνπερ οὐχ εὕρομεν· πολλῷ δὲ πρότερον καὶ τὴν εἰς σ̄ γενικὴν ἑνικήν: addendum fuit ζητεῖν ἔδει vel simile quid. Alia est ratio accusativi p. 122, C, 2: τῇ σφείων καὶ Αἰολεῖς χρῶνται καὶ Δωριεῖς· Δωριέων δὲ Συρακούσιοι διὰ τοῦ ψ̄ πάσας τὰς διὰ τοῦ σφ̄. E verbo χρῶνται repetendum est ἐκφέρουσιν.

64) p. 123, B. ἡ ἁμὶν Δωρικὴ ἐγκλινομένη συστέλλει τὸ ῑ, ἐν οἷς προπερισπᾶται, αἱ γὰρ ἅμιν τούτων μέλοι· ὀξύνομέν τε ἁμὶν δ' ὑπαυλήσει μέλος, Ἀλκμάν. οἰκεῖος ὁ χρόνος πληθυντικῇ διὰ τοῦ ῑ ἐκφερομένη. Si Ahrensio, qui T. II. p 259 sq. propter hunc locum et aliis etiam auctoritatibus commotus dativi plur. pronominum person. syllabam extremam a Doriensibus semper correptam esse contendit, fides habenda est: (neque contra dixerimus maxime propter verba ὀξύνομέν τε ἁμὶν δ' — et οἰκεῖος ὁ χρόνος —) ea quae ex l. l. transscripsimus, mutanda esse persuasum habemus. Ita enim iam ferri non potest ἐγκλινομένη ante συστέλλει collocatum:

scribimus igitur ἡ ἁμὶν Δωρικὴ συστέλλει τὸ ῑ, ἐν οἷς ἐγκλινομένη προπερισπᾶται κτέ. —

65) p. 124, A. ἔπειτα θεματικαὶ πᾶσαι, ἐδείχθησαν. πρὸς τῷ τὰς δοτικὰς ἐν πλεονασμῷ ἔχειν τὸ ν̄. — Apparet pro puncto quod est post ἐδείχθησαν ponendum esse commatis signum. cf. de synt. p. 228, 12. φαμὲν γὰρ ἐὰν ἀναγινώσκῃς πρόσεχε, ἐὰν διαλέγῃ ἐπίστρεφε σεαυτόν, πρὸς τῷ μηδὲ ἐν τῷ καθόλου τὴν τοιαύτην σύνταξιν διήκειν. cf. Bekk. in Var. Lect. ad synt. p. 77, 12.

66) p. 128, A. Non commemorat Apoll. inter accusativos tert. pers. formam σφεῖας, quae est Hom. Od. 13, 213, praetermissam illam etiam a recentioribus grammaticis praeter Matthiaeum et Kruegerum. De accentu non consentiunt: nam Kruegerus et editores Homeri, etiam Bekkerus, paroxytonos scribunt, properispomenos Matthiae, cui obsequendum est: neque enim fieri potuit, ut α accusativi pron. personalis produceretur.

67) p. 130, C. ἴσως τις δόξει τὰ κτήματα ὁρίζεσθαι ἐν τοῖς πρὸς πρόσωπον λόγοις, παῖδες ἐμοί, ἐμὸς εἶ, σός εἰμι, ἡμέτερε. Primum exemplum iam legimus p. 26, A., sed ab hoc loco alienum: aut totum est expungendum aut substantivum παῖδες· ἐμοὶ autem vocativus est ut ἡμέτερε. —

68) p. 131, B. ταῖς κτητικαῖς κατὰ μόνην γενικὴν (sc. ἐπιτάσσεται ἡ αὐτός) καὶ δῆλον ὡς ἡ κατὰ τὸ ἐντὸς πρόσωπον νοουμένη συντάσσεται. Facile conieceris ὡς τῇ — νοουμένῃ, sed non opus est emendatione: utrumque enim dici potest. Quod de synt. legitur p. 141, 1. ἐφ' ὧν (sc. κελεύετε μ' αὐτόν, similia) καὶ ἐγκλιτικώτερον παρελήφθησαν αἱ ἀντωνυμίαι, καίπερ ἐπιτεταγμέναι paullo magis a vulgari usu recedit. —

